

*Healms*

COLECCION DIPLOMATICA  
DE LA ABADIA  
DE SANTA MARIA DE BENEVIVERE  
(Palencia)  
1020 - 1561

POR  
LUIS FERNANDEZ, S. J.

JT  
WM

COLECCION DIPLOMATICA  
DE LA ABADIA  
DE SANTA MARIA DE BENEVIVERE

(Palencia)

1020 - 1561

POR

LUIS FERNANDEZ, S. J.

COLECCION DIPLOMATICA  
DE LA ABADIA  
DE SANTA MARIA DE BENEVIERE

(Con las debidas licencias)

1020 - 1281

FOR

LUIS FERNANDEZ, S. J.

Depósito Legal: M. 18.536 - 1967

Escuela Gráfica Salesiana: Madrid-Atocha



## INTRODUCCION

*La Abadía de Benevívere, junto a Carrión de los Condes (Palencia), fue fundada el año 1169 por el noble castellano Diego Martínez de Villamayor, oriundo de la Casa de los Condes de Bureba, muerto en olor de santidad en la misma Abadía. Subsistió ésta hasta la desamortización, estando siempre encomendada a los Canónigos Regulares de San Agustín, que formaron ya en el siglo XII la Orden de Santa María de Benevívere, cuyas Constituciones fueron aprobadas por los Papas Alejandro III y Lucio III.*

*Esta Abadía de Benevívere recibió como sufragáneas a las de Trianos en León y Villabura en Burgos. Contaba asimismo con seis Prioratos: Santiago de la Tola, en Ceinos de Campos (Valladolid); San Salvador de Villaramiel (Palencia); San Martín de Pereda, en tierra de Riaño (León); Santa María de la Puente, cerca de Benavente (Zamora); Nuestra Señora de Mañino, municipio de Sotobañado, en el Valle de Boedo (Palencia), y San Torcuato, junto a la misma Abadía de Benevívere. Una extensa red de señoríos, beneficios curados, y posesiones se extendía por las provincias de Palencia, León, Zamora y Valladolid.*

*La historia de esta Abadía, de la que hoy sólo quedan informes ruinas, está trazada en otro lugar (1). La colección diplomática que hoy publicamos forma un conjunto de ciento sesenta y un documentos, que se conservan cuidadosamente casi todos en la Sección de Clero del Archivo Histórico Nacional. Algunos, pocos, como decimos en su lugar, se hallan en copias modernas de letra del siglo XVI, en la Sección de Manuscritos de la Biblioteca Nacional.*

*Hoy publicamos, únicamente, el texto de los documentos de Benevívere, pertenecientes a los siglos XI y XII. Hemos de advertir que los siete primeros son de fechas anteriores a la fundación de la Abadía. Se trata de documentos relativos a las fincas o posesiones que al correr del tiempo pasaron a formar parte de la Abadía de Benevívere. Con las fincas se incorporaron también sus respectivos archivos.*

*Son treinta y tres los documentos que editamos, casi todos, a lo que creemos inéditos hasta la fecha, a excepción de los señalados con los núms. 7, 23 y 29. El primero de estos tres —núm. 7— es el notable contrato por el que se establece la*

(1) La Abadía de Santa María de Benevívere durante la Edad Media. Su historia, su regla. Miscelánea Comillas. 1962. 254 págs.

primera bebetría personal en la persona de Don Rodrigo de las Fuentes de Pereda, quien se somete en vasallaje al caballero Pedro Martínez de Artaos, y fue editado por Tomás Muñoz y Romero en 1847, por Eduardo de Hinojosa en 1919 y, en parte, por Claudio Sánchez Albornoz, en 1924. Los otros dos fueron publicados en nuestra obra: "Villarramiel de Campos. Datos para su historia", 1955.

De los documentos que hoy sacamos a luz, el primero, fechado el año 1020, viene firmado por el Rey Alfonso V de León y por su esposa, la Reina Gelvira, con el infante Bermudo, que luego sería el Rey Bermudo III de León.

Dos son pontificios: las Bulas de los Papas Alejandro III, 1179, y Lucio III, 1183, por las que dichos Pontífices aprueban las Constituciones de la Orden de Santa María de Benevívere.

Damos a continuación el contenido, fecha y signatura de los demás documentos, hasta ciento sesenta y uno que se conservan en el Archivo Histórico Nacional, con el deseo de que algún investigador se anime a preparar la edición de los mismos.

Madrid, 12 de junio de 1967

1020. 26 de febrero.

*Testamento de Fernando Flainiz y Gelvira, por el que dejan el monasterio y la villa de Pereda con sus adyacentes a las monjas de S. Martín. Se narra la fundación. Firman este documento el rey Alfonso V, la reina Gelvira, y el príncipe Bermudo, luego, Bermudo III.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/1.

A multis est scitum necnon a paucis manet declaratum eo quomodo est homo vir nomine fredenandus flayniz et eius coniuge Geloire sedente namque uterque in unum uenit eis desiderium construere monasterium in hereditatem suam ubi corpora eorum tumulationem accepissent. Dedit eis dominus adiutorium et prouiderit inter omnes suas hereditates uilla una nomine Pereta decurrente alueo Estola qui erat ex parte Fredenandus Flayniz simul et omnes habitantes in giro et fabricuerunt ex manibus suis ipso arcisterium et composuerunt ibi habitaculum sanctum et domum orationis in honore Sancti Martini episcopi confessoris Christi et gloriosi et agmina multorum sanctorum et de suas uillas et hereditates ibi concederunt et que de manu domini acceperunt in ipso loco sancto tradiderunt et dum prefeceerunt et uenerunt simul in presentie serenissimi principis domini nostri et gloriosi Adefonsus rex et fecerunt illi suggestionem ut per suam benedictionem et sanctificationem fecissent inde suum testamentum et possuisset ibi ille rex suam roborationem tunc dixit ille rex coram omni populo locum sanctum quem dominus uobis praecepit et uos hedificastis uotum uestrum a domino acceptum et sanctificatum permaneat simul et omnes qui habitant in Arguuelio et in Pereta in ipso loco sancto deseruiant et ibi reddant obsequia tan habitantes quam superuenientes et roborauit istam scripturam et accepi de eis scriptura confirmando kauallo ualente solidos d. de argento et sella argentea optima et freno argenteo preciosum et impleui uoluntatem eius et compleuerunt desiderium suum laudantes et benedicentes dominum et in presentie regis et uniuersos consanguinibus eorum comitibus et episcopis atque ceterum populorum ecclesie testamentum hoc conscribere preceperunt inmenso deo ac domino in stabili sedentem et saluatoris nostri domini Ihesu Christi ante cuius conspectu contremescunt angeli principes et potestates adorant cuius laus et imperium permanet iugis atque sapientia extat mirabilis tu es dominus uiuus et uerus qui super omnia regnas nunc et per omnia secula seculorum amen. Fredenando Flainiz et Geloira in Domino salutem ob honorem nominis tui domine Ihesu Christe et patronis nostri gloriosi Sancti Martini episcopi et confessoris tui et omnibus Sanctis tuis qui in ipso loco sancto meruerunt reconditione habere. Damus et confirmamus per hanc scriptura testamenti propter remedium animabus nostris in uestro perpetuali honore sedulaque habitatione et ad Edegontia ab ancillaque uestra cum istas Christi sanctimoniales in

Domino perseuerantes uel alias aduenientium ibi vitam ducentes offerimus sacro sancto altario uestro ipsam domum sanctam ac manibus nostris perfectam et ecclesia mirifica ualde composita uocabulo sancti Martini episcopi et omnibus sanctis locum iam dictum Pereta et alueo decurrente Estola cum ministeria sua id est crux argentea i<sup>a</sup>, candelabro argenteo i<sup>o</sup>, calice argenteo i<sup>o</sup>, casulas duas eiragues, frontales iiii, duos greziscos et uno auro textilae et palleo i<sup>o</sup> et alio leztori, dalmaticas greciscas ii, auri textile i<sup>a</sup>, orales ii, arredda i<sup>a</sup>, uasos argenteos servicio de mensa pelue et aguamanile ereo guenebes laneas x, tapedes ii, mustiles viiii, plumazos viiii, laneos, lecto paleo almuzala fatiel leztori lineas delecto vi, mitras de misa literatas ii cum manitereas, pares de saba-nas viiii, L ganza i<sup>a</sup> de coquina, libros vii, antiphonarium misticum, passionalium psalterios iii et ordinum signos ii, uakas c, oues cc, eguas x, kaulos xv, asinos ii, iuga bouum vii. Est ipsam congregationem cum palaciis, abodeciis, orteis, torculares, cubas, lectos, catedras, mensas, et omnia quicquid inter uideri esse habentur usque minima rem exitus illorum cum hortis, molinis, pratis, pascuis, paludibus, montes, fontes, uineis, terris, cessum et regresum nostras hereditates cum suas adiacentias et earum prestationes in ipso loco sicut iuri nostro tenemus ab integro ibi concedimus per cunctis suis terminis antiquis et in giro monasterio omnes habitantes et erunt terminos inde de riuulo Estola et per riuulo kotie et per fonte frida et per illa rasa et summa... ad illa muria et per illa collata de ualle de eguas et per illa zelata et per collata de tereto et per illa fonte et ad illa tera et per illa laguna et per illo sauto antico et per illa penna de illo sabugo et per puzo de aqua et per illa coua de Ualentia et per pando de fena-res et per illa fonte abusto de Legione et per illa collata usque ad illa fonte de Red-mondo et intrauerso ad illas pennas aluas et per illa coua de illa celata et per coua porcaria et per illa trapella usque in flumine Estola intra os terminos omnes habitantes et superuenientes sicut fuerunt auii et parentibus nostris sicut remanet in nostras scrip-turas et confirmationem serenissime princeps rex donno Adefonso omni ab integro et ex utraque parte Estola alias hereditates per illa ponte et per illas roscas super monte usque ad termino de fratres de Sancto Iohannes et afuget in riuulo Estola et in cre-manes et villa de Andre hereditates quantum nos iurificauimus iuri nostro et nostro iugario nomine armentarium cum suos pomiferos et arbusta earum et in Saliamne in pio hereditate qui fuit de Fredenando Uermudiz et Flauio Moniz auii et patris nostri cum casas pomiferis quantumque ibi habemus ab integro et in ualle de populo su-per riuulo Estole super filiaciones qui fuerunt de Flanio Moniz et in Castellelia super crepidinis aluei Zeia et monasterio Maria qua emimus de sorores de Sancto Iacobi fratris domini de monasterio de Legione omnia iam supra conscripta domum sanctam et congregationem Sancti Martini episcopi tradita et confirmata per sustentationem pauperum peregrinorum aduenientium et qui ibi vitam perduxerint sanctam et nos ante Deum mereamur accipere remunerationem eternam coniuuratione uero confirma-mus per Deum et diuina omnia que sunt sacra iterum nos an iermanis filiis uel propinquis nostris subrinis extraneis quisquis fuerint qui super hunc factum nostrum ad hanc escriptura uenerit irrumpere disturbare comodare alienare qui talia comiserit a fidem sanctam catholicam separatus et a corpus Domini nostri Ihesu Christi alienatus et cum Iuda Dei proditore usque in seculum seculi permaneat a fide Domini nostri et a parte loco isto sancto pariet quantum auferre uoluerit per duplo et a parte regis uel cui lex dederit exsoluat alium tantum et hunc nostrum uotum sit adinpletum perma-neat stabilitum nunc et in perpetuum. facta agnitio et confirmatio testamenti die iiii<sup>o</sup> kalendas marcii. Era quinques dena prius peracta milessima decurante octaua. Frede-nando Flaini et Geloira hunc testamentum a nouis factum et consumatum atque signa-tum et manibus nostris roboratum. (Signos.)

Geloira regina confirmat. Ueremudus serenissimus princeps confirmat. Nos quidem fratres Flaino Fernandiz, Oueco Fernandiz, Petro Fernandiz, Pelagio Fernandiz, Munio Fernandiz, Didaco Fernandiz coniuncti sumus simul in castello aquilare ante presentie patri et pontificem nostrum Seruando episcopo et multi filii uene natorum et audiuimus istum testamento legere et conplacuit nobis multum et per nostra bona uoluntate roborabimus eum in ipso concilio et diximus coram omnibus ut uotum patri nostro sit acceptum a Domino semper permaneat stabilitum et coniuro omne uero confirmamus inter nos per Deum et diuina hinc que sunt sacra ut de nos ad hanc scriptura per omnia quam supra ibidem conscripta et conrroborata esse amplius disturbance non faciamus nec inmodice. Et quod absit quod de nos... qui istum testamentum uenerit ad inrumpendum maledictus et... de patrem et filium et spiritum sanctum usque in seculum sempiternum et pariet a parte regis uel cui lex dederit tantum quantum in istum testamentum supra est resonatum et hunc factum patri nostro et factum nostrum sit impletum et confirmatum a parte monasterio Sancti Martini episcopo permaneat stabilitum nunc et in perpetuum diem et supra est positum et iterum facimus per manus nostras in istam scripturam nostras roborationes. Flaino Fernandiz confirmo. Oueco Fernandi confirmo. Petro Fernandi confirmo. Pelagio Fernandi confirmo. Munio Fernandiz confirmo. Didaco Fernandiz confirmo.

Virtus Dei adiutus Scemenus, Dei gratia Astoricense sedis episcopus, confirmat. Sub Christi clementia Nunus, Deo gratia Legionense sedis episcopus, confirmat. Sub misericordia Dei Fernandus gratia Dei episcopus confirmat. Munio Roderici, comes confirmat. Munio Moniz, confirmat. Petro Fernandi, confirmat. Nunus Hermeeldiz, confirmat. Pelagius Froila, armiger regis, confirmat. Rodericus Uelaz, confirmat. Uelasco Muniz, confirmat. Ueremundus... confirmat.

Flaino Fernandi, confirmat. Oueco Fernandi, confirmat. Petro Fernandi, confirmat. Ouecos Iohannis, confirmat. Petro Uellitiz, confirmat. Gutteri Iohanni, confirmat. Fredenando Gomez, confirmat. Roderico Gomez, confirmat. Valerio Romani, confirmat. Roderico Uermudi, confirmat. Annaya Teliz, confirmat.

Adefonsus rex, serenissimus princeps.

Petrus Notuit.

## 2

1080. 23 de agosto.

*Domeca Vita hace testamento a favor del monasterio de San Martín de Pereda.*

A. H. N. *Beneuivere*, 1690/3.

In nomine domini nostri ihesu christi miserantis et pii redemptionis ecelsi patris et filii uidelicet et spiritus sancti ante cuius conspectum contremiscunt angeli principes et potestates adorant ipse est unus deus uibus et uerus qui in trinitate perfecta uiuit et regnat nunc et per omnia secula seculorum amen. Idem diximus dominos sanctos et patronos hanc post deum mici fortissimus sancti Martini episcopi et sancti migaelli



arcangeli uel omnium sanctorum martirum uirginum et confessorum eorum reliquie que in ipsum locum sanctum recondite sunt cuius ecclesia fundata est in territorio leonensis in ripa albeum istola in uilla que uocitant Pereta sub olam comitesa donna iusta et a Petru abbas uel fratrum uel sororum uel qui auitant fuerint cuius memoria sint. Ego Domeca in cognomento Uita in hanc titulum testamenti donationis uel concessionis quod a deum timendo et pro peccatis meis redimendo cuius misericordia domini permaneat super nos... ad ipsos sanctos dei idem superius nominamus de omnia mea ereditate uobis a presentibus meis in uilla que est in territorio nuantiga certo vogabulo in Ueigamen, in traga nello ipsa uilla que fui de pater meo codeiso et mater mea tota. Ipsa uilla cum sua fundamenta omnia porcione concedo ex integra ubi potueritis inuenire de superius nominamus ipso pratu ante ipsa porta medietate ipsa terra in ipso flano medietate ipsa terra super presa de palatio medietate in Uaigaus malosos ipsa terra que aueo de aueo meo mosello et in aragos super illa ponte medietate et illa regata ad illa canatura medietate in illas lauiatas de didago telliz medietate et illo prato de illo ualle medietate ad illa incruzillata iusta uilla medietate.

Et ego Domeca dicimus sicut filius meus obedientia quesieritis facere ad fratres de sancti martini... per congambiacione quomodo non se estranie ereditate ut de odie abeant illo in licito per anc titulum testamenti cultores que in sancti martini sunt uel fuerint de minimis usque ad masimus ad prendere ubi illo potueritis inuenire propter remedium anime nec.

Si quis hunc tamen aliqui omo factum pactum testamenti ad disrumpendum uenerit uel uenerimus hanc ergo nos aut filius meus uel neptibus aut omo in licitus persona frangerit aut tentare quesierit in primis reus ueniat ad comunione sancta edimerga eum sicut dimersit sodoma et gamurra que in terris uiuos obsorbuit et insuper paria a parte aula potestatis auri libras II et scriptum istum plena abea firmitate per secula ualitura, amen. Ego Domeca in cognomento Uita in anc kartula testamenti que fierit uoluit et legendo cognouit et de manus meas istum fecit. Factu titulum testamenti notum die... quod est X kalendas septembris, era CXVIII post millesima. Regnante Adefonso rex in leione.

Sub gracia dei pelagius episcopus in sedis sancte marie. Bernaldus episcopus in palentine sedis, comite didago assuriz in astorica. Comite petro assuriz in sancta Marie. Cide hic testis. Didaco hic testis. Comeze hic testis. Dominico presbiter notuit et...

### 3

1082. 27 de febrero.

*Munio Constanciz dona al monasterio de San Martín de Pereda las villas de Cremenes y Valbuena.*

A. H. N. *Beneuivere*, 1690/2.

In nomine domini miserantis et pii redentoris excelsi patris et filii uidelicet et spiritus sancti ante cuius conspectum contremiscunt angeli, principes et potestates adorant ipse est unus deus uibus et uerus qui in trinitate perfecta uiuit et regnat nunc per omnia secula amen. Domnos sanctos patronos nostros hanc post deum mici fortissimos sancti martini episcopi et sancti micaelli arcangeli uel omnium sanctorum

martirum uirginum et confessorum qui in ipsum locum sanctum recondita sunt sub aula domini nostri ihesu christi ego Moniu Costanciz propter misericordia domini et desiderio beatissimi paradisi et timendo penas inferni do et dono adque concedo ad ipsum locum sanctum iam de superibus nominati uilla nunccupata cremanes et ualbuana in ipsas uillas quas abeo de pater mei et mater mea medietate et in (borroso) cum suas ereditates et pratos et molinos et molinaria et pasquis et padubolis ortales in montes et fontes ubi potueritis inuenire medietate uobis concedo ad integritate propter remedium anime mee memoria eius in benedictione ut inde abeamus indulgentia pro delictum et uenia pro scelerum et sunt ipsas uillas subtus albei istole si uobis concedo et confirmo ad istibus domum sancti martini episcopi et sancti micqaelli arqangeli hic in pereta ut inde abeant subsidium ospitum peregrinorum seunde undis que partibus aduenientium et ego mercedem accipiat ante dominum. Si quis tamen aliqui meum testamentum scripture ad inrumpendum uenerit uel uenerimus aut nos uel iermanos meos siue filiis meis uel suprinis uel consanguiniis meis uel estraneis sit separatus ad corpus et sanguinis domini nostri iesu christi et non uideant que bona sunt in ierusalen et pax in israel sed cum iuda domini proditore penas luceat in eterna damnatione et hunc factum meum semper aueat firmitate et in perpetuum roborem.

Facta kartula sequens testamenti iiii kalendas marcias era c x x post millesima regnante rex adifonso in legione, pelaio episcopo in sedi sancta maria.

Ego monio costanciz in hac kartula testamenti manu mea signo feci, uiui pasqualiz confirmat. Uermudo suariz confirmat. Steuano bellitiz confirmat. Petru hic testis. Steuano hic testis.

#### 4

1115. Junio.

*Pedro y Teresa Fernández venden a Domingo Petrici sus heredades en Villa Ambrin.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/4.

In dei nomine, petro fernandiz et Taresa Fernandiz a tibi Domingo Petrici in Domino discerno salutem, amen. Placuit nobis adque conuenit nullis cogentis imperio nec suadentis articulo sed propria nostra spontanea accessit uolunptatis ut faceremus nos ad uobis cartula et textum scritura sicut facimus de ereditate nostra propria que nos abuimus de abiorum et de parentorum nostrorum et ipsa ereditate es in Calaneifas loco pronominato uilla Ambrim uindimus a uobis ipsa ereditate casaes et ortales et solares et uinales cessus ruptus uel inrruptus arbores fructuosas uel infructuosas pratos paulos pascaticos ad exitus muncium et gressus uel regressus aquas aquarum uel fontis mulinarum cum adcueductibus earum in id ipsa uila siue quantum a uobis per suis terminis locis et diuisionis antiquis de primera parte la zeresola, de segunda parte per Ual de... de tercia parte per sancto Petro, de quarta parte per Campo Redondo, de quinta parte per la Laguna. Ego Petro Fernandiz et Taresa Fernandiz uindimus a tibi Domingo Petrici esstas ereditates inter istos terminos stibulados pro quas accipi-

mus de uos precio LXXXX morabetinos et essto precio nobis et uobis bene conplacui et de precio apud uos non remansit ita ut de odie die de nostro iure sit abrasa et in uestro iure sit tradita et abeatís ea uos firmiter et omnis prefata ereditas uestra et faciatís de ea quo uestra uoluntás fuerit. Et si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis omo quod de parte nostra uel de extranea contra unc factum nostrum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus quisquis ille fuerit pariat a uobis illa ereditate duplata uel triplata in simile uel in tali loco et de super morabetinos c. a tibi Domingo Petriz uel a uoci uestre pulsauerit. Era Millessima C L III... idus... iunii nos nominatos que de sursum resonamus. Petro Fernandici a tibi Domingo Petriz iunc cartulam manus nostras rouorauimus. (Signo.)

In id ipso tempore regnante regna Orraca Ispania et rege Adefonso in batalia. Dida-gus episcopus in sede sancta Maria legionensis et... comite Froilanus in Ceione, es... merino et Uermudo Spata sagio que i presentes fuerunt. Didago Flaina, confirmat. confirmat m(erino), Fagundo Fauia, confirmat. An... Rodriquiz, confirmat. Saluator Fernandici, confirmat. Iohanne Domeniquiz, confirmat. Petro Eitaz, confirmat. Saluator Petriz, confirmat. Domingo, testis. Iouanne, testis. Migael, testis.

Ego. (Signo.)

## 5

1131.

*El Abad, Domingo III, de Sahagún da fueros a los pobladores de Hospital de Santa Maria de la Fuente, llamado también de Don García.*

A. H. N. *Beneuivere*, 1690/5 (2).

In nomine summe et individue trinitatis patris uidelicet et filii et spiritus sancti amen. Qum legis institutione et uicia deuiantur ex timore et iustitie regula osbtruatur ex dilectione ut et homines legibus subiciantur et legum obseruantia queque sua iura obtineant. Iccirco ego Dominicus tercius abbas dominis sanctis et omnis conuentus eiusdem loci solo dei timore atque amore compulsi facimus kartam de foros populatoribus de hospitali quod dicitur de sancta maria de fonte et habet nomen de donno garssia presentibus scilicet et futuris. Quicumque igitur populare quesierit in loco supranominato in primis sit sine altero domino fidelis uassallus abbatis domnis sanctis et conuentus eiusdem loci et dabit singulis annis unum solidum de moneta regis que currit ad illum qui hospitalem tenuerit. De omnibus autem calumniis due partes dimittantur et tercia pars sit illius que tenuerit hospitalem. Si autem dominus hospitalis fecerit forcia populatori illius loci si populator discedere quesierit habeat spatium nouem die-

(2) Este documento figura con la fecha de 1131 que es la que consta en el pergamino original, si bien no puede haber sido redactado sino treinta años más tarde, en 1161.

Así se indica ya en la Historia del Monasterio de Sahagún, del P. Escalona, págs. 118-119. La concurrencia de obispos señalada en el diploma no tuvo lugar en 1131 sino en la década del 60.

Julio González en su obra «El Reino de Castilla en la época de Alfonso VIII», tomo I, pág. 83, también da el año 1161 para el referido documento.



rum et leuet que sua sunt. Tectum autem domus aut leuet aut uendat populatori loci illius. Intra quod spatium si neglexerit quidquid de suo inuentum fuerit erit illius qui hospitale tenuerit. Preterea tollimus inde roxso et mannaria et nuntium et ossas. Qui prestamum tenuerit componat se cum domino hospitalis. Constituimus etiam quod illos predictos persoluant solidos in festiuitate sancti martini ad illum qui hospitale tenuerit.

Si quis autem nos hec exstiterit qui hanc kartam de istos foros frangere uoluerit sit maledictus et excommunicatus et puniatur cum iuda proditore eterna damnatione. Et in coto. Kartula autem secundum quod supra dictum est firma sit populatoribus illius loci. Facta carta era MCLXVIII. Rege pectet V libras auri. Adefonso rege sancii regis filio regnante in Toletu et in castella. Armigero regis Adefonsi Roderico Gunzalvi. Maiordomo Ordonio Garciaz. Commite Almanrico tenente Toletum et manente super negotia regni Nunno Petri tenente ferrera. Bosone tenente Saldania. Johanne archiepiscopo in spaniarum primate toletana ecclesiam. Regente Petro episcopo burgensem. Raimondo episcopo palentinam. Dominico abbate tercio facundensem. Ego Dominicus tercius abbas domnis sanctis cum toto conuentu eiusdem loci hanc kartam de foros qui fieri uolui et lecta audiui roboro et signum facio.

Domnus boso confirmat. Domnus alexandrio confirmat. Domnus vitalis confirmat. Dominicus Cornelius confirmat. Domnio confirmat. Guttier Fernandiz confirmat. Petrus Lombardo confirmat. Dominicus Johannes confirmat. Johanne feliz confirmat. Michael Alariz maiorino confirmat. De calzada Domnus cristoforus confirmat. Martinus Dominiquiz confirmat. Johannes Armentariz confirmat. De... de Naua Pelagius Madrazo confirmat. Martino annaia confirmat. Pedro Ferriz confirmat de villa Outiela. Dominicus Annaiz confirmat. Dominico Gonzalvo confirmat. Johanne Dominiquiz confirmat.

Hoc pingebat porcellus nomen habebat.

Petrus testis. Dominicus testis. Pelagius testis.

## 6

1136. 27 de diciembre.

*Marina, con sus hijos, vende unos solares en Poza, en el alfoz de Saldaña a Martín González.*

B. N. Mss. 714. ff. 236-348.

Sub Christi nomine ego Marina una cum filiis meis ferran petriz belasco petriz et monio petriz facimus kartula tibi Martín Goncaluez et tua uxor Urraka moniz de uno solare in uilla uocata poza in Alfoz Saldaniae proximate illo ubi abiatat presbiter dominicus iusta uiam que uadit ad ecclesiam beati petri et de alio solar de Petro Facundiz damus et concedimus nos illo solar tibi Martin Goncaluez in perpetuum nec ob ebrietatem sed accepimus de te in precio quatour marabitines de auro purissimo et damus illo solar tibi cum exitibus et suis regressibus ut uendas et dones et facias in tota tua uoluntate secula cuncta amen. Si ullus homo uoluerit irrumpere sit exclusus a domino et a suo consorcio et pariat in cotho tres libras aureas et illo solar duplato aut triplato. Facta pagina comparacionis VI a Kalendis Ianuarii in era M. C. LXX IIII. MCLXXXIII.

Aldefonsus imperator yspaniae et regina berenguilla, dias moniz prepositus regis ferran petriz dominante castellum P. R. episcopo Petro in Leginonensi sede Lope Lopez confirmat. diagus moniz confirmat. domingo petriz hic testigo. Petro Moniz. Cid et bellid hic sumus testes. Ego Marina cum filiis meis has litteras facere coram istos legentes audivimus nostras manus roboramus et accepimus in roboratione una libra. Petrus scriba.

1162. 8 de abril.

*Rodrigo de las Fuentes de Pereda y su mujer, Gerolda, se someten en behetría a Pedro Martínez de Artaos.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/7 (3).

In Dei nomine, amen. Sepan quantos esta carta viren, commo yo Don Rodrigo de las Fuentes de Pereda, estando en todo mio seso e en toda mia memoria con mia muger dona Girolda en iur nuestro de heredamiento nuestro de bienfetría, e porque yo Don Rodrigo sobredicho non habiendo senor, salvo en la merced de Dios, asenoreme con Pero Martínez de Artaos e tomelo por senor, que me anparasse e de me defendiesse a mi e a todos aquellos que en este heredamiento sobredicho morassen, por tal fuero: un par de lonbos e una ymina de cebada por la medida de Riano e seis panes e una canadiela de sidra. E yo Pero Martínez cavallero Dartaos sobredicho en todo mio sesso e en toda mia memoria sin premia ninguna me obligo por este fuero, que me vos dides, de anpararvos e defendervos en todo derecho yo e aquellos que de mia generación venieren; e yo Don Rodrigo sobredicho me obligo por mi e por todos aquellos que de mia generación, que en este heredamiento sobredicho moraren, de non seer vasalos de otro ninguno senon de vos Pero Martínez sobredicho o daqueles que de vuestra generación venieren, daquel que nos mais pagarnos et nos meyor anpararnos, anparar e defendir, e los otros de vuestra generacion que non ayan ningun poderio sobre nos de nos demandar nin de pasar contra nos en ninguna cosa, se non aquel que tovier el senorio que aya aquel fuero asi como sobredicho es e non li pase a mais, et si nos a mais passaren, terra o prado o casa, o alguno de los sos bienes les tomaren daquel heredamiento, que sea estimado por homes bonos e pechado con el doblo a sos duenos e las novenas al Rey, el heredamiento estar que estar, e se esto non nos valir que ayades poderio de vos ir a la iusticia mayor del Rey, que vos afore assi como ayar en derecho. Otrossi yo Pero Martínez por mi e por quelos de mia generacion foren, que este senorio tovier, e yo don Rodrigo por mi e por los de mi generacion en este heredamiento moraren, ambos e dos de mancomun, otorgamos destar a todas estas cosas como dichas son e mais ponemos sobre ambas las partes, que aquel que lo quebrantar de nos e aquellos

(3) Este documento ha sido publicado por J. Muñoz Romero, «Colección de Fueros municipales y cartas pueblas», Madrid, 1847, pág. 141.

Eduardo de Hinojosa, «Documentos para la Historia de las Instituciones de León y Castilla (siglos X-XIII)», Madrid, 1919, pág. 69.

Claudio Sánchez Albornoz, *Las Behetrías*, pág. 265, Anuario de Historia del Derecho Español, 1924. (Lo publica fragmentariamente).

que de nos venieren sean malditos e descomulgados e con Judas en efierno damnados e pechen en coto mil maravedis e una meaya doró al Rey e la meitat a los duenos del heredamiento. Fecha esta carta en era de mil e CC annos ocho dies dabríl, regnante el re don Fernando. Tenente terra Dalión Johan Fernandez de Riero. Juices en esa misma terra, Pero Pelaz de Ceyera e don Perote Daliám. Merino del fuero, Martín Canal. Testes don Rodrigo Prior de Pereda... Rodrigo cavallero morador en Riano... es bonos...

8

1171. 26 de abril.

*Vermudo Alvarez, en nombre propio y de su hermano, el Conde Rodrigo, dona a Pedro Fernández, Maestre de la Orden de Santiago, y a dicha Orden, su heredad de Pereda.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/9.

(Crismon). In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Sciant omnes ad quos presentis carte cognitio peruenerit quod ego Vermudus aluari pro remedio anime mee, bono animo, nullo cogente, sed mea propria uoluntate, gratia dei et germani mei comitis roderici facio cartam et testamentum de pereda mea hereditate uobis domno Petro fernandi dei gratia milicie sancti iacobi magistro, et toti sancti iacobi milicie. Dono et concedo uobis iam dicto magistro Petro Fernandi, et uniuerse milicie sancti iacobi, illam meam predictam hereditatem pereda, cum ingressibus et regressibus, pratis et pascuis, montibus et fontibus, riuis, molendinis atque piscariis, et omnibus pertinentiis suis, ut habeatis eam iure hereditario, et possideatis uos et successores uestri in perpetuum, et quicquid uolueritis inde faciatis. Siquis autem tam de meo genere quam de alieno hoc meum uoluntarium factum irrumpere temptauerit iram omnipotentis dei incurrat, et cum iuda domini traditore penas in inferno luat, et parti regie, uel qui uocem eius pulsauerit quadraginta libras auri persoluat, et carta ista firma permaneat in perpetuum. Facta carta era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>VIII<sup>a</sup>, sexto kalendas mai.

Regnante rege Fernando cum uxore sua regina donna Vrracha in legione, gallecia, asturiis, et strematura.

(Col. A.). – Petrus, dei gratia compostellane ecclesie, archiepiscopus, confirmat. Iohanne, lucensis episcopus, confirmat. Fernandus, astoricensis episcopus, confirmat. Petrus cauriensis episcopus, confirmat. (Col. B.). – Comes urgelensis maiordomus regis, confirmat. Fernandus roderici dominans in legione, confirmat. Comes gomez, confirmat. Comes adefonsus, confirmat. Petrus pelagii de portugal signifer regis, confirmat. Ego Vermudus aluari hanc cartam quam fieri iusi propria manu roboro et confirmo.

1171. 7 de abril.

*Pedro Martínez y Orovida Martínez venden a doña María y a sus hijos, Fernando y Gutierre Téllez, su heredad de Becerrilejo.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/10.

In dei nomine. Ego petro martinez, et orouida martinez, et ferrando saturninez nepto de martin petrez, uenditores sumus a uobis donna maria, et ad filios uestros ferrando tellez, et guter tellez, de tota ipsa ereditate que abemus in bezerileio de parte de martin petrez, terras, et ortos et eras et linares, cum suo foro de sua agua, et una terra cum uides in careias per uinea, et hoc uendimus uobis propter precio quod inter nobis et uobis bene complacuit, hoc precio, XII morabetinos, inter precio et aluaroc, et non remansit super uos debitum pro dare, nec nos in ipsa ereditate iudicium abere, et sumus inde manifeste, quod si aliquis homo uel femina qui hanc carta infringere uoluerit, pectet in coto c morabetinos, et ipsa ereditate duplatam simili tali loco. Facta carta VII idus aprilis. ERA M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>. Regnante rex aldefonsus cum uxore sua donna alionor, in Castella, et in estrematura uel in (borrón) toledo. Raimundus secundus episcopus in palentine sedis. Roi goterez, seniore in monzon, et in sancti felicis, suo merino petro ferrandez. Seniores in Bezerileio: diago martinez, Roi goterez, Don Berenguel. Hi sunt testes: Don beila, testis. Martin iohannes, testis. Johan dominiguez, testis. Don Garcia, testis. Don gonzaluo, testis, et concilio de bezerileio, visores et auditores. — cid, bellid, Annaia, confirmant.

Iohannes notuit et hoc signum fecit  
(signo).

## 10

1171. 30 de junio.

*La Condesa Aldonza hace un cambio con Pedro Fernández, Maestre de la Orden de Santiago, y con dicha Orden. La Condesa da su heredad de Grajalejo, Villa Munio e Izdrac, que antes había recibido del Conde Rodrigo Alvarez y su hermano Vermudo Alvarez. Pedro Fernández y la Orden de Santiago dan la heredad de Pereda, que también habían recibido de los dichos: Rodrigo y Vermudo Alvarez.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/11.

(Crismon). — In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego comitesa donna aldonza facio concauatione de una hereditate mea propria que habeo in uillas pernomintas in graialeio, et in uilla monio, et in izdrae, ipsa hereditate pernominata que dederit mi comitis roderici aluariz et uermudo aluariz quanto ad illos pertinet, ego

comitesa donna aldonza facio ista commutatione cum magistro petro fernandiz et milicie sancti iacobi de ipsa hereditate que dederit comitis roderici aluariz et uermudo aluariz quanto ad illos pertinet, in pereda, pro remedium animas suas a magistro pedro fernandiz et milicie sancti iacobi. Et ego magistro pedro fernandiz et milicie sancti iacobi uobis comitesa donna aldonza damus uobis ipsa hereditate pernominata de pereda quantum nobis pertinet que dederit nobis comitis roderici aluariz et uermu aluariz pro ipsa hereditate que dederit uobis comitis roderici aluariz et uermu aluariz in graialeio, et in uilla monio, et izdrae per commutatione sicut superius resonat. Siquis autem ex genere nostro quam de uestro uel extranei: qui hunc factum nostrum irrumpere uoluerit, iram omnipotentis dei incurat, et cum iuda domini traditore penas in inferno luat, et parti regie, uel qui uocem pulsauerit, quadraginta libras auri persoluat, et carta ista firma permaneat in perpetuum. Facta carta era M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>. Primo die kalendas iulii. Regnante rege fernando cum uxore sua regina donna urraca, in legione, gallecia, asturiis, et stre-matura.

(Col, A.). – Petrus dei gratia compostellane ecclesie archiepiscopus, confirmat. Iohannes lucensis episcopus, confirmat. Fernandus astoricensis episcopus, confirmat. Petrus, cauriensis episcopus, confirmat. Iohannes episcopus, legionensis, confirmat. – (Col, B.). – Comes urgelensis, maiordomus regis, confirmat. Fernandus roderici dominans in legione, confirmat. Comes gomez, confirmat. Comes adefonsus, confirmat. Petrus pelagii de Portugal signifer regis, confirmat. Nuno menendiz, confirmat. Froila ramiriz, confirmat. Diag fernandiz, confirmat.

## 11

1171. 28 de septiembre.

*Urraca González con su marido, Fruela Ramírez, conceden a la Orden y a la Condesa, doña Aldonza, el Monasterio de San Martín de Pereda.*

A. H. N. *Benevivere*, 1690/12.

(Crismón). – Sub christi nomine et indiuidue trinitatis patris uidelicet, et filii et spiritus sancti amen. Ego urraka gundisalui simul cum viro meo froila ramiri et filiis nostris pro animabus nostris et parentum nostrorum damus atque concedimus ad ordinem, et uobis comitisse domine heldonce, illum monasterium de sancto martino de Pereda, cum suis casis, et cum illa horta que iacet inter illum monasterium et illum riuum, et totas illas alias hereditates que pertinent ad illum monasterium, damus uobis, sicut ut ego donna urraka possideam eas in uita mea. Post obitum uero meum, ut illas hereditates, cum toto suo labore, et cum tota crianzia reuertat ad monasterium. Tali scilicet conueniencie quod si forte euenerit quod ipsum monasterium deficiat de ordine, quod ego uel progenies mea tornemus ad nostram partem illius monasterii, et illius hereditatis. Si quis igitur tam de propinquis nostris, quam de extraneis, contra hanc kartam donationis uenerit, uel uenerimus, ut sint maledicti, et excommunicati, et cum iuda domini proditore in inferno dampnati. Et insuper uobis, uel parti uestre qui uocem huius karte pulsauerit, pectet c. libras auri, et careat uoce. Et hec karta semper sit firma. Facta karta sub ERA M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> viiii<sup>o</sup> et iii<sup>o</sup> kalendas octobris. Regnante rege donno



fernando, cum uxore sua regina donna urraka, in legione et in gallicia et in asturiis. Donno iohanne episcopo in legione. Fernandus roderici turres legionis tenente. Dominicus iohannis, et donnus christianus uillicantes. Ego donna urraka gondisalui simul cum uiro meo froila ramiri, et filii nostris, uobis comitisse donne heldonze, et ordini, hanc kartam donacionis quam fieri iussimus propriis manibus roboramus, et confirmamus, et signa facimus (signo).

Comes urgelis maiordomus regis confirmat. Guterrius gutteri signifer regis, confirmat. Nunus menendi, confirmat. Petrus catiuo, confirmat. Fernandus roderici de malgrath, confirmat. Donnus gutterrius roderici, confirmat. Donnus aluarus roderici, confirmat.

Donnus suarius roderici, confirmat. Pelagius tabladel, confirmat. Menendus pelagii, confirmat. Rodericus fernandi, confirmat. Petrus bispo, confirmat. Rodericus martini, confirmat. Johannes martini, confirmat.

Qui presentes fuerunt. Petrus testis. Dominicus testis. Martinus testis.

## 12

1172.

*Fernando Pedriz vende a Pedro, Abad de Poza, una tierra en La Nava.*

B. N. Mss. 714. ff. 235-348.

In Dei nomine. Ego Fernandus Pedriz facio kartam ad uobis Petrus abbas de Poza de una terra que iacet enna nava de I. parte la carrera que va para villota. de II. por el arroyo de Nava. de III por la terra de didacus Garciaz. Do ad favendum et vendo ut faciatis de illa quae fuerit voluntas vestra et ego Petrus abbas de Poza do pretium por ista terra dos moravedis ad uobis fernandus pedriz et suo roboramento VI denarios et de isto precio non remansit por dare. Si aliquis homo ad disrumpendum venerit vel venerimus tam propinquus quam extranius qui talia commiserit et ad partem regis peccet X libras de oro et deinde sedeat maledictus et descomunicatus ex parte dei omnipotentis et cum iuda traditore dominum lugeat in infernum unde nunquam exeat. Facta karta era M.CC.X. Regnante Rex Adefonsus in Castella et in Toletu. Regina sua mulier Alionor. Episcopus Johannes in leon. Maiordomus regis Rodericus Guterrius, sennor de Saldania Don Bueso, suo merino Michael Alvarez. Coram testibus gonzalbiz confirmat. Petrus Roiz confirmat. Johannes testis. Facundiz confirmat. Petrus Lemiz confirmat. Concilium de Poza veedores et auditores ista karta roborare. Johannes Melus scripsit.

1173.

*Pascual, Abad de Benevívere, hace un convenio con la Sede de Palencia y con don Raimundo, Abad de Husillos. Pascual da la mitad de Amusquillo. Recibe el foro de Becerrilejo, la condonación de todos los diezmos y primicias, y la libertad e inmunidad de todo servicio o contribución a la Sede Palentina.*

A. H. N. Benevívere, 1690/13.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Quecumque bono animo et honesta causa interueniente inchoantur et fiunt, ut melius diuina pietate prosperentur, et a meliorem statum reducantur, ab uniuersis fidelibus, et praecipue ab honestis et religiosis uiris, affectuosius et cum deuotione exoptandum est, et pro uiribus elaborandum. Ea propter ego paschasius diuino nutu ecclesie sancte Marie de beneuiere abbas constitutus licet indignus, tam palentine ecclesie quam nostre utilitatem et commoditatem prouidens, et diligenter attendens, cum communi consensu et uoluntate uenerabilis fratris nostri didaci martini, et omnium fratrum nostrorum. Venerabili domino nostro raimundo per dei gratiam palentino episcopo, cum uniuerso capitulo palentine ecclesie, necnon domino raimundo fusellensi abbate cum toto capitulo sancte Marie de Fusellis, consentientibus auctoritatem et fauorem prestantibus inter nostram et palentinam ecclesiam, huiusmodi concambiationem et uicariam comutationem firmiter statuimus et in perpetuum stabilimus. Damus igitur palentine ecclesie iure hereditario in perpetuum medietatem de famuschelo, quod est super riuum de agzeua, cum montibus, pascuis, riuus, pratis, et cum omnibus pertinentiis suis, retento nobis solario dominici cipriani cum omni pertinentia et libertate sua, et pro horum concambiatione recipimus a palentina ecclesia, et ab ecclesia fusellensi, forum ecclesie de bezerrelejo, et preterea dominus Raimundus palentinus episcopus cum uniuersis fratribus suis condonat et absoluit nobis in perpetuum decimas et primicias omnium laborum ac nutrimentorum nostrorum, quoscumque fecerimus, et ubicumque fecerimus, in palentino episcopatu, fecitque nos liberos et immunes possessiones nostras ab omni seruitio palentine sedis, ut nec sibi nec successoribus suis palentinis episcopis aliquid seruiti faciamus, ni quod gratis optulerimus. Et si forte quod absit dominus rex noster aldefonsus aliquam predictam hereditatem de famuschelo inpedire et auferre uellet Palentine ecclesie, forum ecclesie de bezerrilejo ad ecclesiam fusellensem reueteretur, et decime laborum nostrorum ut predictum est in perpetuum nobis absoluerentur. Siquis uero hanc cartam infringere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus, et cum iuda domini traditore in inferno dampnatus. Facta carta ista sub ERA M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XI. Regnante rege aldefonso in toledo, extrematura, et castella, cum uxore sua elionor. Et nos raimundus dei gratia palentinus episcopus, et paschasius abbas Sancte Marie de beneuiere qui hanc cartam fieri mandauimus, roboramus eam et confirmamus.

(Col. A). — Bernardus symonis archidiaconus. Bernardus iohannis archidiaconus. Ricardus archidiaconus. Martinus archidiaconus. — (Col. B). — Garnerius, decanus. Raimundus abbas fusellensis. Petrus sobrinus sacrista. Ferrandus precentor. — (Col. C). — Egidius prior de beneuiere. Didacus martini. Iohannes sacrista. Petrus bos.

Et totum capitulum palentine ecclesie et sancte MARIE de beneuiere et sancte MARIE de fusellis, roborant et confirmant. Ego ARdericus palentinus episcopus hanc cartam confirmo et sigillum meum apponi precepi.

1174.

*Pascual, Abad de Benevívere, hace un convenio con Juan, Obispo de León. Da a la Diócesis de León la cuarta parte del caserío de Pajares, entre Ceinos y Castro Mayor. El Obispo de León condona los diezmos y primicias a Benevívere y le declara libre de todo servicio a la Diócesis de León.*

A. H. N. Benevívere, 1690/14.

In nomine patris et filii et spiritu sancti, amen. Honestis inchoata principiis, et que utili ac necessaria interueniente causa fieri contingit, ut diuina procurante gratia suo instatu permaneant cunctos christi fideles maximeque religiosas et honestas personas, summa cum diligentia condecet laborare. Hac ratione ductus ego pascasius diuina permittente gratia sancte marie de beneuiere qualiscumque abbas constitutus, tam nostre quam legionensis ecclesie commoditatem diligenter attendens, de uoluntate et consensu uenerabilis fratris nostri didaci martini omniumque fratrum nostrorum, reuerendo patri et domino iohanni dei gratia Legionensi episcopo, et uniuerso eiusdem ecclesie capitulo, huiusmodi conmutationem facere dignum duximus, et factam, perpetuo ualituram firmamus. Damus itaque deo et beate marie Legionensis ecclesie, et domino iohanni eiusdem episcopo omnibusque successoribus suis, iure perpetuo, quartam partem de pallares que est inter zaphinos et Castrum maior ab integro, et pro eius conmutatione, dominus iohannes Legionensis episcopus cum uniuersis eiusdem ecclesie canonicis, condonat nobis decimas et primicias omnium laborum ac nutrimentorum nostrorum, quoscumque uel ubicumque in toto legionensi episcopatu fecerimus, et preterea ab omni seruitio legionensis sedis nos et nostra, successoresque nostros absoluit, ut de cetero nec sibi nec successoribus suis seruire teneamur, et cum nobis gratum fuerit et iocundum. Siquis uero hanc kartam infringere uoluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum iuda domini proditore damnatus. Facta karta, sub ERA M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XII<sup>a</sup>. Regnante rege Fernando cum uxore sua regina donna urraka in legione et in gallicia, in asturiis et extrematura. Et nos iohannes legionensis episcopus, et pascasius abbas sancte marie de beneuiere, hanc kartam quam fieri mandauimus, roboramus et confirmamus et signa facimus (signo).

(Col. A.). — Domnus henricus legionensis ecclesie decanus, confirmat. Domnus petrus martini precentor, confirmat. Domnus petrus archidiaconus, confirmat. Domnus thomas archidiaconus, confirmat. Domnus arnulfus archidiaconus, confirmat. (Col. B.). — Domnus amanricus archidiaconus, confirmat. Domnus nicholaus archidiaconus, confirmat. Magister thomas archidiaconus, confirmat. Domnus dominicus Roderici thesaurarius, confirmat. Domnus ueremudus didaci magister scolar, confirmat. (Col. C.). — Iohannes prior sancte marie de beneuiere, confirmat. Domnus didacus martini, confirmat. Iohannes sacrista, confirmat. Petrus bos, confirmat. Domnus fernandus, confirmat. (Col. D.). — Fernandus (signo) notuit. (Col. E.). — Qui presentes fuerunt Domnus stephanus, testis. Domnus facundus, testis. Domnus ciprianus, testis. Ceteri canonici Legionensis sedis, et fratres sancti marie de beneuiere roborant et confirmant et signa faciunt. (Signo.)



1175. 30 de julio.

*La Condesa doña Estefanía, viuda del Conde Poncio de Minerva, con sus hijas da a Benevívere su heredad en Quintanilla, un solar en Mayorga, y toda la heredad que allí mismo, en Mayorga, el Conde Poncio dio a Benevívere.*

A. H. N. Benevívere, 1690/18.

(Crismon).— In nomine sancte et indiuidue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti amen.— Ex testimonio sanctarum scripturarum audiuium quod sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum. Et item, Date elemosinam et omnia munda sunt uobis. Hac racione ducta ego comitissa donna stephania una cum filiabus meis facimus kartam donationis deo et ecclesie beate marie de bene uiuere et uobis domno paschali eiusdem ecclesie abbati et didaco martini et aliis fratribus uestris in christo presentibus et futuris de omni nostra hereditate quam habemus uel habere debemus in quintanella molendinos uidelicet cum suis cespederiis et cum suis exitibus ad montes ad opus per se illius, et cum suis exitibus ad hopus ominum, et bestiarum et carorum, et de uno solare in maiorga super fontem de lasseo cum suis exitibus et sua area et suo orto et cum ille solaris determinatus ex una parte per illa magarca et ex duabus partibus per illa carrera et de omni hereditate quam ibi maritus meus comes pontius adquisiuit et ipse uobis prior dedit, de hac uobis kartam facimus et in perpetuum ualituram firmamus pro redemptione anime sue et pro redemptione peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, ut habeatis eam iure hereditario totam et integram et faciatis ex ea quod uobis placuerit. Siquis igitur tam meo genere quam de alieno hoc nostrum donum uiolauerit nisi ad uoluntatem uestram satisfecerit iram dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, cum iuda traditore in inferno pereat, et pro themerario ausu uobis uel uocem uestram tenenti c libras auri persoluat, et hereditatem duplatam reddat, et hoc scriptum semper firmum maneat. Facta karta in sothnoul, iiii<sup>o</sup> kalendas avgustas. ERA M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XIII<sup>o</sup>. Regnante rege domino fernando in legione et in strematura et in gallecia et in asturias. Episcopo iohanne in legione. Fernando roderici dominante in maiorga. Ego cometissa donna stephania et filie mee, hoc scriptum quod fieri iussimus, manibus propriis roboramus et hec signa facimvs.

(Col, A.).— Petrus compostellanus archiepiscopus, confirmat. Iohannes legionensis episcopus, confirmat. Arnaldus astoricensis episcopus, confirmat. Vitale salamantinus episcopus, confirmat. (Col, B.).— Fernando roderici, confirmat. Aluarus roderici, confirmat. Frola ramirez, confirmat. Nuno melendez, confirmat.

Presentes testes qui fuerunt abbas iohannes de spina, abbas petrus de morerueta, abbas Johannes de nogares. Martin polo, Domno Johannes capellanus. Pavlus monachus, notuit.

1175. 30 de julio.

*La Condesa doña Estefanía dona a Benevívere la heredad en Santa Marina y Lerones y el Hospital de Don García.*

A. H. N. Benevívere, 1690/19.

(Crismon). — In nomine sancte et indiuidue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti amen. Qum in tesauo reponitur celesti quicquid caritatiue christi pauperum impenditur necessitate. Iccirco ego comitissa donna stephania et filie mee, damus deo et ecclesie beate marie de beneuiuere et uobis domno paschali eiusdem ecclesie abbati et didac martini et aliis fratribus uestris in christo presentibus et futuris damus totam nostram hereditatem quam habemus uel habere debemus in sancta marina et in lerones que sunt in alfoz de saldanna damus etiam uobis hospitem qui fuit de domno Garcia, qui est in alfoz de carrion, iusta domum nostram. Predictas hereditates uobis damus pro anima mariti mei comitis Ponci et pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, cum omnibus pertinentiis suis, pratis, pascuis, terris, cultis et incultis, uineis, montibus, riuis, molendinis locis molendinorum exitibus et ingresibus ut habeatis eas, iure hereditario in perpetuum. Siquis igitur tam de meo genere quam de alieno, hoc nostrum donum uiolauerit, nisi ad uoluntatem uestram satisfecerit sit maledictus et excommunicatus, et pro temerario ausu uobis uel uocem uestram tenenti, c libras auri persoluat, et hereditatem quam inuaserit, duplatam redeat. Facta karta in sothnoual iiii kalendas augusti era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XIII.

Regnante rege illdefonso, cum uxore sua regina alienor, in toleto, et in castella, et estraematura. Episcopo iohanne in legione. Episcopo reimondo in palentia. Comite, Gonzaluo dominante in medietate carrionis, et Saldanie. Comite Fernando in altera medietate carrionis. Ego comitissa domna stephania, et filie mee, hoc scriptum quod fieri iussimus manibus propriis roboramus, et hec signa facimus.

(Col, A.). — Comes nunnus, confirmat. Comes fernandus, confirmat. Comes Gonzaluo, confirmat. Comes Gomez, confirmat. (Col, B.). — Celebrunus toletanus archiepiscopus, confirmat. Rodericus gutierrez maiordomus curie regis, confirmat. Tel petrez, confirmat. Petrus gutierrez, tenens quartam partem saldanie, confirmat.

Paulus, monachus, notuit.

1175. 19 de octubre.

*Gutierre, Abad de Sabagún, pone fin a la lite con Benevívere sobre la heredad de Pedrosa y Pedrosilla, y sobre el mismo solar del Monasterio de Benevívere.*

A. H. N. Benevívere, 1691/1.

(Crismon). In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Humane conuentiones solo scripture testimonio, ab obliuionis interitu defenduntur. Hinc est quod gute-

rius, dei gratia abbas sancti facundi una cum communi capitulo eiusdem loci presenti escripto, tam presentibus quam futuris notifico, quod facio finem et refutationem tibi abbati paschali, et didaco martini, successoribusque uestris illius controuersie quam tibi maior prior sancti facundi, et prior de nogar mouerunt super hereditate que petrosa siue petrosilla nuncupatur. Necnon et super alia bene uiuere uocata. In quibus monasterio nostro ius dominii competere, coniecturis probare teptauerunt sed minime potuerunt. Facimus itaque finem et refutationem ut permissum est, et siquid iuris nobis uel monasterio nostro competere potuit, ei renuntiamus, et predictas uillas, in quibus monasterium didacus martini edificauit, tibi, et ei, successoribusque uestris in perpetuum concedimus.

Facta carta ERA M<sup>a</sup>CCXIII, XIII kalendas nouenbris. Regnante rege adefonso cum uxore sua elionor, in toledo et in castella. Maiordomus curie regis, rodericus guterii. Garsia martini, et tello petri, tenentibus ceian. Comite gundisaluo tenente medietatem carrionis, et saldanie. Et comite fernando tenente alteram medietatem carrionis. Cerebruno primate, toletanam ecclesiam regente. Raimundo palentinam.

(Col, A.). – Dominicus prior maior, confirmat. Aprilis cantor, confirmat. Dominicus botecarius maior, confirmat. Dominicus hostalarius, confirmat. (Col, B.). – Dominicus camararius maior, confirmat. Facundus cellararius, confirmat. Dompnus petrus de opera, confirmat. Sancius, prior de nogar, confirmat. (Col, C.). – Johannes sacrista maior, confirmat. Martinus helemosinarius maior, confirmat. Dominicus et Michael infantes, confirmant. Presentes testes: Sancius maurus, Facundus patinero, Dominicus martini, Magister Petrus, Facundus. Et Romanus filii de petro uiuet. Ego guterius abbas sancti facundi et omnis conuentus eiusdem ecclesie, hanc cartam quam fieri iussimus et lectam audiuius, roboramus et confirmamus, et eam signamus... elmus notuit.

## 18

1176. 6 de mayo.

*Doña Maria de Almenar, esposa de Lope López, da a Beneuivere la heredad de Valcabado.*

A. H. N. Beneuivere, 1691/2.

(Crismón). – In nomine Patris e Fili et Spiritus Sancti amen. Dominus dixit in Euan-gelio: Sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum et iterum; Date helemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. Hac ratione ego domna Maria de Alme-nar una cum uiro meo Lop Lopez dono Deo et ecclesie beate Marie de Beneuivere et uobis domno Pascali, eiusdem ecclesie abbati, et Didaco Martini et omnibus fratribus uestris in Christo omnem hereditatem quam habemus uel habere deuemus in Ualcauado que est inter Cardenosa et Anezpa et Uillanouam. Damus eam uobis pro redemptioe peccatorum nostrorum et pro animabus parentum nostrorum ut faciasti de ea quod uobis placuerit. Quicumque hoc nostrum factum rumpere temptauerit sit maledictus et excom-municatus, nisi ad libitum uestrum satisfecerit et insuper pectet in coto uobis uel cui uos uolueritis c libras auri dupplata hereditate in tali loco uel meliori.

Facta karta ii nonnas maii. Era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XIII<sup>a</sup>. Regnante rege Ildefonso cum uxore sua regina Elionor in Toletto et in Castella. Comite Fernando dominante in medietate Carrionis. Cerebruno, archiepiscopo Toletano ecclesiam regente. Raimundo Palentinam.

Ego Maria de Almenar et uir meus Lop Lopez hanc kartam quam fieri iussimus roboramus et confirmamus et hec signa facimus (signo). (Col, A.). — Comes Nuno, confirmat. Comes Petrus, confirmat. Comes Fernandus, confirmat. (Col, B.). — Rodericus Guter, confirmat. Tel Petri, confirmat. Petrus Guter, confirmat. (Col, A.). — Garsia Martini, confirmat. Rodericus Martini, confirmat. Lop Diez, merinus regis, confirbat.

Frater Giraudus notuit.

## 19

1176. 22 de octubre.

*Testamento de Diego Martínez.*

A. H. N. *Benevivere*, 1691/3 (4).

(Crismon). In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ad hec scripta fiunt ne diuturnitate temporum que facta fuerint obliuiscantur, hinc est quod ego didacus martini pauperum de beneuiuere seruus et dei misericordia ipsius loci fundator scriptum firmissimum facio de rebus que acquirere potui uel ex patrimonio retinui et do eas deo et hospitali de beneuiuere et uobis domno Paschali eiusdem loci abatti uestrisque fratribus in christo presentibus et futuris. Scilicet sanctum iacobum de la tola, et uallecos, partem meam et fratrum meorum ipsi enim mihi partes suas condonauerunt, et in uilla muza similiter partem meam et fratrum meorum partem enim eorum pro concambiatione habui de sancto nicolao de uilla famet. Soror mea abbatisa in istis partem suam nobis pro anima sua dedit, et similiter do uobis sanctum martinum de modra, et modra, et uilla castin et uezerrileio, et preterea quocumque acquirere potui ex quo habitum religionis accepi excepto sancto andrea et sandoual. Si quis autem de meo genere uel de alieno hanc cartam quam fieri iussi infringere temptauerit imprimis pectet Regi mille libras auri purissimi, et excommunicatus iram dei omnipotentis in currat amen. Facta carta in beneuiuere, XI kalendas nouenbris, ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XIII<sup>a</sup>. Regnante rege ildefonso cum uxore sua regina alienor in toletto, et in castella. Celebruno toletano archiepiscopo. Raimundo palentino episcopo. Comite yunno dominante in carrione. Rodrigo gotterez maiordomus regis. Comes nunno, confirmat. Comes petrus, confirmat. Comes fernandus, confirmat. Presentes testes: Tel petri, Petrus goterri, Garsia martini, Rodericus martini. Petrus petri de uilla corno.

Ego didacus martini hanc cartam quam fieri iussi lectam audiui de manu mea robo-raui et hoc signum feci. (signo).

(4) Existen en A. H. N. Clero, dos documentos no auténticos relacionados con el testamento del Fundador. Son el 1.690/20 con una copia, el 1.690/21, de 25 de agosto de 1175, documento falso e interpolado sobre el verdadero de 22 de octubre de 1176.

El otro es el 1.691/4 de 26 de octubre de 1176 que quiere ser una especie de continuación o complemento del testamento auténtico.

Las razones para demostrar la falsedad de estos documentos pueden verse en «La Abadía de Santa María de Benevivere durante la Edad Media», Comillas, 1962, págs. 41 y 42.

**I**n nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ad hoc scripta sunt et testata in hac forma: que facta sunt in ultimo obitu et morte  
 huius est quod ego dudum martini pauperum de benevive scriptis et de misericordia ipsius loci fundator scriptis. In missis factis de  
 rebus que adquire potui vel ex patrimonio venivi et de eas de hospitali de benevive et uobis domino Paschali et de loci  
 abbati et ipsi fratribus in christo presentibus et futuris. Scilicet semper iacobum de la tola. et iustitiosos. pariter matrem et fratrem meum ipsi in partem  
 sua condonaverunt in ulla nuza humiliter pariter matrem et fratrem meum pariter etiam eorum pro cohabitacione habui desco nicolao de  
 ulla famer. Sicut ma abissa in istis pariter suam nobis pariter sua dedit. et humiliter do uobis semper martinum de modra et modra et ulla  
 castan et uxor illorum. et pira quecumque adquire potui ex quibuslibet religionis accepit excepto sancto andrea et sandorai. Si quis autem de me gene  
 us de alieno hac carta qua fieri iussi infringere temptaverit in primis peccet. Regi omille libras auri purissimi. et excommunicetur in die iudicis in  
 curat a facta carta in benevive. xi. kal. novembris. lxx. et. xxviii. R. gnanze rege ildefonso cum uxore sua regina abencio in toledo et  
 in castella. Leobruno tolezano archiepiscopo. Rasmusundo palentino episcopo. Cornute suuno chianze in carrione. Rodrigo gotrez maior do  
 mus regis. Loms ranno of. Loms petrus of. Loms fernandus of. Prefentice reskes. Ed pec. Lorus gotri. L. arsa martini.  
 Rodicus martini. Petrus pec de ulla conno.

Carta Donacion del Rey don Alfonso de Aragon y de Sicilia a los pobres de Benevive. Hecho en Toledo a 22 de octubre de 1176.

Ego dudum martini hac carta que fieri iussi lecta audiri de manu ma roboravi et hoc signavi feci.







1177. 16 de mayo.

*Los hijos de Miguel Tapiero hacen un trueque de tierras con Pascual, Abad de Benevívere. Este monasterio adquiere tierras lindantes con Hospital de Don García y con Benevívere.*

A. H. N. Benevívere, 1691/5.

Crismón. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Paschalis abbas de beneuiere et conuentus eiusdem loci facimus cartam mutue conuersionis uobiscum filiis de michael tapiero, ed damus uobis duas terras et unum pratum, et prima terra afrontat in terra sancte MARIE, et in terra michaelis dominici altera terra afrontat in terra filiorum dominici anaez et in prato de confratres, et pratum afrontat in terra filiorum dominici anaez et in pratum sancte MARIE de beneuiere, et accepimus a uobis totam hereditatem quam habetis uel habere debetis de aroio tofoch usque ad hospitale de don garcia et de camino sancti iacobi usque at terminos de beneuiere qui sunt inter uilla ota et ipsum hospitalem de beneuiere, et insuper dedimus uobis duas maquilas de pane et unum morabetim. Quicumque hoc factum nostrum dirumpere uoluerit sit maledictus et excommunicatus nisi ad libitum uestrum satisfecerit, et insuper pectet in coto, M morabetinos, duplata hereditate tali loco uel meliori. Facta carta ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XV<sup>a</sup>, kalendas iunii. Regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alienor in toleto et in castella. Comite Fernando dominante sub manu eius in carione. Raimundo episcopo in palentina sede. Ego Paschalis abbas de beneuiere et conuentus eiusdem loci et filii michael tapiero hanc cartam concedimus et confirmamus et de manibus nostris roboramus.

(Col, A.) Johannes prior, confirmat. Egidius cantor, confirmat. Dominicus sacrista, confirmat. (Col, B.) Michael dominici, confirmat. Don matheo, confirmat. Johannes trestorna, confirmat. (Col, C.) Petro moro, confirmat. Martini michael, confirmat. Petro mancip, confirmat. (Col, D.) Petro aldin, confirmat. Don oddo, confirmat. Martin de formesta, confirmat.

Petrus notuit.

1179. 6 de mayo.

*Bula del Papa Alejandro III, que confirma, por vez primera, la Orden de Santa María de Benevívere, aprueba sus Constituciones y le concede diversos privilegios.*

A. H. N. Benevívere, 1691/7.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Paschali abbati ecclesiae Sancte Marie Beneuiuerensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam et statuta beneuiuerensis ordinis professis in perpetuum.

Sacrosancta romana ecclesia sicut in beato Petro apostolorum principe a domino promissionem obtinuit quod uniuersalis ecclesie fundamentum existeret et preceptum accepit ut christiane fidei professores in fide religione omnique sanctimonia confirmaret ita pro uniuersarum ecclesiarum profectibus sollicitam se semper exhibuit et de instituendo conservando et prouehendo in omnibus ecclesiis cultu sacre religionis fuit omni tempore studiosa ita ut ab ea sicut a fonte ad uniuersos ecclesie filios sit religio deriuata et quod ab aliis que spiritus primitias acceperunt religiose ac salubriter institutum est per eandem inmutabilem acceperit firmitatem. Inde est dilecti in domino filii quod religiosis petitionibus uestris benignum impertimur assensum et regulares institutiones que ad honorem omnipotentis dei in uestra ecclesia constitute sunt et scripto firmate presentis scripti privilegio communimus. Statuistis equidem inter uos ut decretum quod inter ecclesias ordinis cisterciensis tenetur inter ecclesias uestri ordinis teneatur. Et itidem in omnibus monasteriis de ordine uestro sicut in beneuuerensi ecclesia beati Augustini regula perpetuis temporibus obseruetur et eodem penitus obseruantie idem cantus et idem libri qui ad ecclesiasticum officium pertinent per uniuersas ecclesias uestri ordinis teneantur. Ne aliqua omnino ecclesia uel persona ordinis uestri aduersus communia ipsius ordinis instituta priuilegium a quolibet postulare audeat uel obtentum quomodolibet retinere.

Decreuistis etiam ut personam de alio ordine nulla ecclesiarum uestrarum eligat siui in pastorem sicut nec uestri ordinis aliquem monasteriis uel ecclesiis aliis ordinati statuistis abbatem. Hec nimirum dilecti in domino filii de institutionibus uestri ordinis excerpimus. Set quia singula que ad religionis profectum et animarum salutem regulariter ordinastis presenti adbreuiationi nequiuerunt annecti nos cum his que scripta sunt omnia que inter uos ad laudem nominis dei et sanctam religionem conseruandam ordinastis uel ordinaturi estis, auctoritate apostolica confirmamus uobis uestrisque successoribus et omnibus qui ordinem uestrum professi fuerint inuicollabiliter perpetuis temporibus decernimus obseruanda. Uerum si necessitas pro communi utilitate aliquid mutare compulerit id ipsum non nisi abbatum uel eorum uicem obtinentium assensu atque consilio fiat, ita tamen ut per hoc fraterna religio et salus animarum nullum sustineat detrimentum. Sancientes ut propter communia interdicta terrarum nulla ecclesiarum uestrarum a diuinis compellatur officiis abstinere ita tamen quod clausis ianuis non pulsatis campanis exclusis interdictis et excommunicatis suppressa uoce diuina officia celebrentur nec alicui de familiaribus uestris si tunc temporis mori contigerit nisi excommunicatus uel interdictus fuerit sepultura ecclesiastica in domo uestra negetur. Sancimus quoque ut priuilegia ecclesie uestre a predecessoribus nostris romanis pontificibus et a nobis ipsis indulta futuris temporibus inuolabiliter conseruentur. Porro nullus qui canonicus in eadem ecclesia fuerit capellanus parrochialis fiat ecclesie. Addicimus etiam ut uestra ecclesia preter illas que in locis ipsius ecclesie fundate sunt nullas alias parrochiales ecclesias habeat. Sane in uendendo res uestras uel emendo res alienas seu transeundo per loca ditioni aliene subdita cuiuslibet consuetudinis obtentu nichil a uobis uel a uestris subditis exigatur quemadmodum ab illustribus regibus Aldefonso et Ferdinando noscitur institutum. Possessiones quoque et eleemosinas uobis intuitu pietatis concessas nullus auferre minuere uel retinere presumat. Statuimus insuper ut infra clausuras domorum uestrarum nullus homines capere, facere incendium aliquas presumat uiolentias exercere. Nec cuiquam superuenientium sit licitum preter comunem uestri conuentus a uobis exigere cibum. Liceat quoque uobis clericos uel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conuersionem recipere et in uestra ecclesia absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in loco uestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia abbatis sui discedere. Discedentem



uero sine comunium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Chrisma uero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum ordinationes clericorum uestrorum quia sacros ordines fuerint promouendi a dyocesano suscipiatis episcopo siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque prauitate aliqua uobis uoluerit exhibere. Alioquin liceat uobis quem malueritis adire antistitem qui nimirum nostra fultus auctoritate que postulantur indulgeat. Sepulturam quoque ecclesie uestre liberam esse concedimus et eorum deuotioni et extreme uoluntati qui se illic sepeliri delibuerint nisi forte excommunicati uel interdicti sint nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas quoque laborum uestrorum quas propriis manibus uel sumptibus colitis siue de nutrimentis uestrorum animalium sicut a dyocesanis episcopis uobis pietatis intuitu sunt indulte nullus a uobis decimas uel primitias exigere aut extorquere presumat ne autem in seruorum dei recessibus ad eorum inquietudinem popularibus occasio prebeat ulla conuentibus auctoritate apostolica prohibemus ne archiepiscopi uel episcopi nisi abbate uel a fratribus fuerint inuitati missas publicas seu ordines clericorum uat sinodales conuentus in eodem loco audeant celebrare. Preterea auctoritate apostolica artius inhibemus ut nemini liceat uobis uel ecclesie uestre nouas et indebitas exactiones imponere. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet a subreptionis astutia seu uiolentia preponatur nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam prouiderint eligendus electus autem ad dyocesanum episcopum benedicendus accedat qui ei sine prauitate et exactione aliqua munus benedictionis impendat. Quod si forte facere recusauerit liceat ei quem maluerit catholicum adire episcopum qui apostolica auctoritate ipsum absque tarditate benedicere non recuset. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut uos uel ipsam ecclesiam super hac constitutione aut etiam alias molestare uel eius possessiones auferre ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra et illibata seruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioque conmonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihesu christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus. Bene Valet.

Ego Johannes presbiter cardinalis Sanctorum Johannis et Pauli, tituli Pamachii. Ego Johannes, presbiter cardinalis, tituli sancte Anastasie. Ego Johannes, presbiter cardinalis, tituli Sancti Marci. Ego Petrus, presbiter cardinalis, tituli sancte Susanne. Ego Uiuianus, presbiter cardinalis, tituli sancti Stephani in Celiomonte. Ego Cinthus, presbiter cardinalis, tituli sancte Cecilie. Ego Hugus, presbiter cardinalis, tituli sancti Clementis. Ego Ardiunus, presbiter cardinalis, tituli sancte Crucis in ierusalem. Ego Matheus, presbiter cardinalis, tituli sancti Marcelli. Ego Hubaldus, hostiensis episcopus. Ego Theodinus portuensis et sancte Rufine episcopus. Ego Petrus Tusculanensis. Ego Henricus Albanensis episcopus. Ego Bernereus prenestinus episcopus. Ego Jacintus diaconus cardinalis Sancte Marie cosmydin. Ego Ardicio, diaconus cardinalis sancti Theodori. Ego Laborans, diaconus cardinalis sancte Marie in porticu. Ego Rainerius, diaconus cardinalis sancti Georgii Ad Velum Aureum. Ego Gratianus diaconus cardinalis sanctorum Cosme et

Damiani. Ego Johannes diaconus cardinalis sancti Angeli. Ego Rainerius, diaconus cardinalis sancti Adriani. Ego Matheus sancte Marie Noue, diaconus cardinalis. Ego Bernardus sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis.

Datum Laterani per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii II nonas maii, Indictione XII Incarnationis Dominice Anno Millesimo Centesimo Septuagesimo Noveno, Pontificatus uero domni Alexandri pape III, Anno eius vicesimo.

22

1179. 29 de diciembre.

*Don García de Becerrilejo vende seis tierras, en Becerrilejo, al Abad Pascual.*

A. H. N. *Benevivere*, 1691/6.

Crismon. — In nomine patris et filii et spiritu sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego don garcia de Uezerrileio fatio cartam uenditionis de vi terras quas habeo in uezerrileio uobis domno paschali abbati de beneuiuere totique conuentui, iiii or, earum sunt infra aroio de medullio qui uadit ad uilam, alie due sunt in ualle de frades inter uineas, et afrontant ex omni parte in uos comparatores, et accepi a uobis in precio iiii or, morabaetinos, et de precio et de albaroch nichil remansit in debito. Si quis autem hoc factum nostrum disrumpere uoluerit maledictus et excommunicatus sit nisi digne satisfecerit, et pectet in cauto xx morabetinos ipsasque terras duplatas in tali uel meliori loco. Facta carta, iiii kalendas januarii, ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XVII<sup>a</sup>. Regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alienor in toledo et in castella. Celebruno archiepiscopo toletanam ecclesiam regente. Raimundo episcopo palentinam. Comite Fernando dominante in monzon. Don uela, confirmat. Petrus petri, confirmat. Petrus iohannis confirmat. Concilio de uezerrileio, confirmat. Ego don garcia hanc cartam quam iussi fieri concedo, atque confirmo.

23

1183. Enero.

*Pedro Gutiérrez y su mujer, María Boso, donan al Abad Pascual toda la heredad del Infantazgo de Villarramiel con la iglesia de San Salvador y la lagunilla y Retuerto de Burón.*

A. H. N. *Clero. Benevivere*, 1691/9 (5).

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Dominus dixit in euangelio. Date helemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. Et item. Sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum. His rationibus et aliis quampluribus ducti Ego Petrus

(5) Publicado en «Villarramiel de Campos. Datos para su historia». Palencia, 1955, pág. 173.

Gutierriz et uxor mea domina Maria Boso damus Deo et ecclesiae sancte Marie de Benevivere et uobis domno Paschali eiusdem ecclesie abbati uestrisque succesoribus et fratribus in Xto. totam hereditatem de infantagio de villa ramel heremam et populatam cum ecclesia sancti salvatoris et lacunellam iuxta villa ramiel cum suis pertenentiis et rio torto prope ravanal de buraon. Has predictas hereditates damus uobis prenominate abbati et conuentui de benevivere cum terris, uineis, pratis, pascuis, riuus, montibus cum ingressibus et egressibus et cum omnibus eorum terminis et pertinentiis ita ut animo prefatas hereditates liberas et quietas iure hereditario in perpetuum habeatis et possideatis. Si quis igitur hanc nostre spontanee et libere donationis kartam infringere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore penis infernalibus mancipetur et insuper iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et regie parti M libras auri persoluat et omnia dupplata restituat. Facta karta era MCCXXI mense ianuario. Regnante rege Allefonso cum uxore sua regina alionor in Castella et in Toletto. Gundisalu archiepiscopo toletanam ecclesiam regente. Arderico episcopo palentinam. Roderico Gutierrez maiordomo curie regis. Didaco Lupi de Faro, alferiz regis. Lupo Didaci maiore merino regis in Castella. Hi sunt testes huius rei. Ardericus palentinus episcopus testis. Johannes de Almazan testis. Domnus Tellus Petri testis. Domno Monio Gutierrez testis. Domnus Rodericus Martini. Domnus Paschal Rustan testis.

Ego Petrus Gutierrez et ego Domna Maria Boso uxor ipsius hanc kartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus.

## 24

1183. 22 de junio.

*Fernando Peñasalbas, con sus hermanos, vende a García Martínez y a su mujer, doña Urraca, la mitad de la villa de Cabañas.*

A. H. N. *Benevivere*, 1691/10.

(Crismon). — In dei nomine. Ego fernandus pennas albas una cum fratribus meis, Gondisaluus pennas albas, Petrus pennas albas et constanza pennas albas, facimus cartam uendicionis, et uendimus uobis, Garsie martini et uxor uestra donna orraca, mediam uillam quam uocitant cabannas, et est in alfoz Saldania, cum ingresibus et egressibus, cum aquis et pascuis, cum montibus, et fontibus, et uallibus, cum ortis et solaribus, cum terris et uineis, cum suis terminis, et omnia sua hereditate quam habet et abere debet. Et est desteterminata: De prima parte, uilla quam uocitant cabannolas, De ii<sup>a</sup> parte, busto cirio, De iii<sup>a</sup> parte, calzadella, De iiii<sup>a</sup> parte, Valleiera, et ledigos. Et accepimus a uobis precium c morabetinos. Quod nobis et uobis placuit. Et in roboramento, ii morabetinos. Ita ut de hodie de iuri nostro sit istam uillam abrasam, et in uestro dominio traditam. Si quis istam cartam infringere uoluerit, a deo sit maledictus et cum iuda traditore in inferno damnatus, amen. Et pectet coto m. morabetinos, et dupplet istam uillam cum sua hereditate, domino suo. Facta carta x kalendas iulii. ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXI<sup>a</sup>. Regnante rege ildefonso, cum regina elionor in toletto et in castella. Armiger regis, Didacus lopez. Maiordomus, rodericus gutierrez. Villicus Lop diaz. Comes fernandus, tenente saldania. Episcopus Almanricus, in legione. Abbas iohannes in sacto facundo. Ego fernandus

pennas albas et fratribus meis supra nominatis qui hanc cartam fieri iussimus, confirmamus, et manibus nostris roboramus.

Concilio sancti martini de quoza, et de lagartos, et de cabannolas, et de busto cirio, et de calzadella, et de ualleiera, et de ledigos, sapitores et auditores. Cidi, testis. Vellidi, testis.

1183. 31 de agosto.

*Bula del Papa Lucio III, por la que confirma las Constituciones de la Orden de Santa Maria de Benevivere.*

*A. H. N. Benevivere, 1691/11.*

Lucius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Paschali abbati ecclesie sancte Marie beneviuerensis eiusdem fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In perpetuum. Sacrosancta Romana ecclesia sicut in beato Petro Apostolorum principe, a domino promissionem obtinuit, quod uniuersalis ecclesie fundamentum existeret, et preceptum accepit, ut christiane fide professores in fide, religione, omnique sanctimonia confirmaret, ita pro uniuersarum ecclesiarum profectibus sollicitam se semper exhibuit, et de instituendo, conseruando prouehendo, in omnibus ecclesiis cultu sacre religionis fuit omni tempore studiosa, ita ut ab ea sicut a fonte ad uniuersos ecclesie filios sit religio diriuata, et quod ab illis qui spiritus primitias acceperunt religiose ac salubriter institutum est, per eandem inmutabilem acceperit firmitatem. Inde est dilecti in domino filii, quod religiosis petitionibus vestris benignum impertimur assensum felicitis recordationis Alexandri, pape, predecesoris nostri uestigiis inherentes regulares institutiones que ad honorem omnipotentis dei in uestra ecclesia constitute sunt, et scripto firmate, presentis scripti priuilegio communimus. Statuistis equidem inter uos, ut decretum quod inter ecclesias ordinis Cisterciensis tenetur inter ecclesias uestri ordinis teneatur et ut in omnibus ecclesiis de ordine uestro sicut in beneviuerensi ecclesia beati Augustini regula perpetuis temporibus obseruetur et eodem penitus obseruantie idem cantus et idem libri qui ad ecclesiasticum officium pertinent per uniuersas ecclesias uestri ordinis teneantur nec aliqua omnino ecclesia uel persona ordinis uestri aduersus communia ipsius ordinis instituta priuilegium a quolibet postulare audeat uel obtentum quomodolibet retinere. Decreuistis etiam ut personam de alio ordine nulla ecclesiarum uestrarum sibi eligat in pastorem sicut nec uestri ordinis aliquem monasteriis uel ecclesiis aliis ordinari statuistis abatem. Hec nimirum dilecti in domino filii de institutionibus uestri ordinis sunt excerpta. Sed quia singula que ad religionis profectum et animarum salutem regulariter ordinastis presenti adbreuiationi nequiuerunt annecti nos cum his que scripta sunt omnia que inter uos ad laudem nominis Dei et sanctam religionem conseruandum ordinastis uel ordinaturi estis, auctoritate apostolica confirmamus uobis uestrisque sucesoribus et omnibus qui ordinem uestrum professi fuerint inuiolabiliter perpetuis temporibus decernimus obseruanda. Verum si necessitas pro communi utilitate aliquid



mutare compulerit id ipsum non nisi abbatum uel eorum uicem obtinentium assensu atque consilio fiat ita tamen un per hoc fraterna religio et salus animarum nullum sustineat detrimentum. Statuentes ut propter communia interdicta terrarum nulla ecclesiarum uestrarum a diuinis compellatur officiis abstinere ita tamen quod clausis ianuis non pulsatis campanis exclusis interdictis et excommunicatis suppressa uoce diuina officia celebrentur. Nec alicui de familiaribus uestris si tunc temporis mori contigerit nisi excommunicatus uel nominatim fuerit interdictus sepultura ecclesiastica in domo uestra negetur. Sanccimus quoque ut priuilegia ecclesie uestre a predecessoribus nostris romanis pontificibus et a nobis ipsis indulta futuris temporibus inuiolabiliter conseruentur. Porro nullus qui canonicus in eadem ecclesia fuerit capellanus parochialis fiat ecclesie. Adicimus etiam ut uestra ecclesia preter illas que in locis illius ecclesie fundate sunt nullas parochiales ecclesias habeat. Sane in uendendo res uestras uel emendo res alienas seu transeundo per loca ditioni aliene subdita cuiuslibet consuetudinis obtentu nichil a uobis uel uestris subditis exigatur quemadmodum ab illustribus regibus Aldefonso et Fernando noscitur institutum. Possessiones quoque et elemosinas uobis intuitu pietatis concessas nullus auferre minuere uel retinere presumat. Statuimus insuper ut infra clausuras domorum uestrarum nullus homines capere, facere incendium aut aliquas presumat uiolentias exercere. Nec cuiquam superuenientium sit licitum nisi forte suadeat manifesta necessitas preter communem uestri conuentus a uobis exigere cibum. Liceat quoque uobis clericos uel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conuersionem recipere et in uestra ecclesia absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in loco uestro professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem uero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Crisma uero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum ordinationes clericorum uestrorum qui ad sacros ordines fuerint promouendi a dyocesano suscipiatis episcopo siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque prauitate aliqua uobis uoluerit. Alioquin liceat uobis quem malueritis adire antistitem qui nimirum nostra fultus auctoritate que postulantur indulgeat. Decimas quoque uel primicias laborum uestrorum quos propriis manibus uel sumptibus colitis siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus a uobis exigere aut extorquere presumat. Ne autem in seruorum dei recessibus ad eorum inquietudinem popularibus occasio prebeat ulla conuentibus auctoritate Apostolica prohibemus ne Archiepiscopi uel episcopi nisi ab abate uel a fratribus fuerint inuitati missas publicas seu ordines clericorum aut synodales conuentus in eodem loco audeant celebrare. Preterea auctoritate Apostolica artius inhiemus ut nemini liceat uobis uel ecclesie uestre nouas et indebitas exactiones imponere. Sepulturam insuper ecclesie uestre liberam esse decernimus ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui se illic sepeliri deliberauerint nisi forte excommunicati uel interdicti sint nullus obsistat. Salua tamen iusticia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subrepcionis astucia seu uiolencia proponatur nisi quem fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini regulam prouiderint eligendum. Electus autem ad dyocesanum episcopum benedicendus accedat qui ei sine prauitate et exactione aliqua munus benedictionis impendat. Quod si forte facere recusauerit liceat ei quem malueritis catholicum adire episcopum qui apostolica fretus auctoritate ipsum absque tarditate benedicere non recuset. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones sufferre uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sus-

tentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioe communita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat atque in extremo examine diuine ultioni subiacet. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihesu christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(Rota). – Ego Lucius catholice ecclesie episcopus. Bene valete.

Ego Petrus, presbiter cardinalis, tituli sancte susane. Ego Viuianus, tituli Sancti Stephani in celio monte presbiter Cardinalis. Ego laborans presbiter cardinalis Sancte Marie transiberi tituli calixti. Ego Pandulfus, tituli basilice XII apostolorum, presbiter cardinalis.

Ego Theodinus Portuensis et Sancte Rufine sedis episcopus. Ego Henricus Albanensis episcopus. Ego Paulus, PRenestinus Episcopus.

Ego Jacintus, Sancte marie in cosmydim diaconus cardinalis. Ego Ardicio Diaconus Cardinalis sancti Theodori. Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis. Ego Bobo diaconus cardinalis Sancti Angeli. Ego Herardus sancti Adriani diaconus cardinalis. Ego Octauianus, diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii et Bachii. Ego Soffredus sancte marie in uia lata diaconus cardinalis. Ego Albinus diaconus cardinalis, sancte marie noue.

Datum signum per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis et Cancellarii, II kalendas Augusti, Indictione prima. Incarnationis Dominice anno MCLXXXIII, Pontificatus uero Domni LUCII, pape III, Anno secundo.

## 26

1189. 19 de octubre.

*La Condesa doña Urraca González, esposa del Conde Froila, da a Beneuivere la tercera parte del Monasterio de San Martin de Pereda y de la villa de Pereda, con heredades en más de treinta pueblos casi todos en la región de Riaño.*

A. H. N. Beneuivere, 1691/12.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Dicente scriptura cognouimus quod sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum. Et iterum. Date helemosinam et omnia munda sunt uobis. His rationibus et aliis quam pluribus adducta ego comitissa donna urraca gundissalui uxor comitis frole cum uoluntate et consensu ipsius uiri mei dono deo et ordini de beneuivere et uobis domno Paschasio eiusdem loci abbati et fratribus uestris in christo presentibus et futuris terciam partem de monasterio sancti martini de pereda et terciam partem de ipsa pereda et de ualle de argoueio cum sua hereditate et suis hominibus e las fontes et in alior ecclesiam cum suo monasterio et sua hereditate et in robro, in ualbona, in cegera et in loes, in islarredo, in las fontes, in anziles, in rianno, in laguer, in formas, in ferrerola, in carande, in

guedpe, in ualleon, sanctum sebastianum cum suis hereditatibus, et cayn, et castro, in riba esla, carvaiar del comite, in fontanella, sorila, in uerdiaio, in uilla liandre, in uega, in cremanes, in corniero, in primalias, in sancto cristoforo, in nouanca, in sancto felice, in uegamian, uado cum sua casa et sua hereditate, e suis riuus in campo sanctam crucem cum sua ecclesia et sua hereditate cum suis riuus montibus et exitibus in lobaros, tota tolibia de iuso. Hec omnia prenominata dono et concedo monasterio Sancte Marie de Beneuiere iure hereditario habenda et libere et quiete in perpetuum possidenda, cum montibus, fontibus, pascuis, pratis, riuus, molendinis et locis molendinorum cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus directuris et pertinentiis suis. In his omnibus terciam partem que mihi iure hereditario contingit supra dicto ordini trado. Ipsum inquam monasterium sancti martini iam dictum de pereda, cum his prenominatis hereditatibus et cum aliis omnibus atque cum omnibus directuris ad ipsum pertinentibus ordini de beneuiere in perpetuum dono iure hereditario possidendum. Et ego paschalis abbas et conuentus de beneuiere postquam ipsum monasterium cum omnibus suis hereditatibus tenuerimus per annum et unum mensem et tres dies damus uobis domne urracce gundissalvi terciam partem supradictarum hereditatum ut eam in prestimonio omnibus diebus vite uestre teneatis excepta serna in qua sunt arbores fructiferi et orti et ne a memoria cadat quod in prestimonio eam tenetis uos dabitis nobis per annos singulos conuiuium in festiuitate sancti martini. Ego comitissa dona urracca gundissalvi sicut uobis monasterium cum suis pertinentiis pro anima mea dono, ita conuiuium annuatim festiuitate sancti martini me reddituram promitto. Quicumque igitur contra hoc factum meum uenerit, uel hanc kartam mee donationis infringere uel diminuere uel mutare uoluerit sit maledictus et excommunicatus et cum iuda domini proditore in inferno damnatus et pectet in coto uobis uel uocem uestram pulsanti mille morabetinos duplata hereditate quam inuaserit in tali uel meliori loco. Et hec carta semper sit firma. Facta carta era MCCXXVII, XIII kalendas nouembris. Regnante rege domno Aldefonso in legione et in gallecia et in asturiis. Domno Manrrico episcopo legionensem ecclesiam regente. Domno fernando astoricensem. Petro fernandi tures legionis tenente. Comite frola dominante in ripa de esla et in monte regali.

Didaco lupi tenente Aguilar et montem accutum. Fernando Aluari tenente Alion. Poncio Uele signifero regis. Petro garsie maiordomo curie regis. Comes fernandus confirmat. Frola Ramirez confirmat. Comes Gomez confirmat. Dominicus monazinos testis. Petrus Isidori testis. Petrus testis. Dominicus testis. Martinus testis.

Ego comitissa urracca gundisalvi uobis abbati de beneuere et conuentui uestro hanc cartam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et signum facio et accipi a uobis in roboramento unam purpuram et unam cembellinam.

## 27

1191. 20 de agosto.

*La Condesa doña María firma en Sandoval esta donación a favor de Beneuere de su heredad en Isdrac y Macudel.*

A. H. N. *Beneuere*, 1691/13.

(Crismon). — In dei nomine. Ego comitissa dompna maria pro remedio anime mee et anime comitis roderici facio kartam donationis firmissimam in perpetuum ualituram,

uobis dompno paschali abbati sancte Marie de beneuiuere omnique conuentui eiusdem loci de tota hereditate quam habeo de meis dotibus in uillis nominatis isdrac et Macudel ut ab hac die habeatis ea iure hereditario uos et successores uestri post uos. Supradictam hereditatem do uobis cum diuisis, cum solaribus, cum domibus, cum ecclesia, cum pascuis, cum pratis, cum fontibus, cum montibus et cum omnibus directuris et pertinentiis suis, liberumque sit uobis facere de ea quod uolueritis. Siquis uero de meo genere uel de extraneo hanc cartam irrumpere uoluerit, iram dei omnipotentis et beate MARIE semper virginis regia indignatione incurrat, et pro ausu temerario uoci uestre pulsanti mille aureos persoluat, et hec carta semper maneat firma: Facta carta apud saltum noualem, XIII kalendas septembris, sub ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXIX<sup>a</sup>, regnante rege ildefonso cum uxore sua regnante in legione et in galletia. Manrico episcopo legionensem ecclesiam regente. Petrus fernandi maiordomus regis. Johannes fernandi alferiz. Sonna uacon maiorinus regis. Roi carnota tenente turres legionenses. Ego comitissa dompna maria hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo.

Abbas iohannes de saltu nouali, testis. Rodericus petri dominans in maiorica, testis. Martinus prior. testis. Michael cellarius, testis.

## 28

1192. 26 de octubre.

*Cambio de tierras con Domingo de Becerrilejo y su mujer doña María.*

A. H. N. Beneuivere, 1691/14.

Carta partida por A. B. C. — ...In Dei nomine notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego P(aschalis), abbas de beneuiuere, et conuentus eiusdem loci, facimus kartam concambiationis tecum dominico uezerilegio, et cum uxore tua donna maria, et damus tibi duas terras pro aliis duabus tuis. Prima terra nostra iacet circa uiam de ribas, et habet affrontationes ex una parte ipsa uia de ribas, de secunda la uelga, de tertia Petrus pelagii, de quarta terra de sancta maria et habet affrontationes don illan de duabus partibus, de tertia parte filius petri antonini, de quarta nos fratres de Beneuiuere. (Aparece una línea en blanco en el original) et una terra habet affrontationes ex prima parte el calce, de secunda la uelga, de tertia iohannes fernandi, de quarta filii dominici petri. Alia terra habet affrontationes, ex prima parte la uelga, de duabus partibus iohannes petri, de quarta dominus michael et filii stefani didaci. Siquis hanc nostre concambiationis cartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto M. morabetinos aduersarie parti. Facta carta, Era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>, VII Kalendas nouembris. Regnante rege cum uxore sua regina alionor, et cum infante filio suo fernando, in toledo et in castella et in omni regno suo. Didaco lupi alferiz regis. Roderico guterii, maiordomo curie regis et tenente monzón. Lupo didaci, maiore maiorino regis in castella. Alderico, episcopo in palentia. Martinus dominici maiorinus in Monzon. Roderico guterii dominante in uezerilegio. Petro guterii et garsia martinez in eadem uilla dominantibus. Testes domnus garsias, Dominicus iohannis, Petrus iohannis, Domnus uela, iohannes petri.



1194. 8 de noviembre.

*Pedro Gutiérrez y su esposa, María Boso, fundan el Hospital de Lagunilla, cerca de Villarramiel, y lo dan al Abad Pascual.*

A. H. N. Clero. *Benevivere*, 1691/16 (6).

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Date helemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et item. Sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit peccatum. His rationibus et aliis quam pluribus ducti Ego Petrus gutierrez et uxor mea domina maria boso facimus hospitale in lacunella circa villarramiel in quo pauperes sustententur, orphani nutriantur, senes et debiles sublevantur. Damus eidem hospitali hereditatem de infantagio de villa ramel heremam et populatam cum ecclesia sancti salvatoris et lacunellam iuxta villam ramel cum suis pertenentiis et rio torto prope ravanal de burao. Has hereditates damus predicto hospitali cum terris et vineis, pratis pascuis rivis montibus cum ingressibus et egresibus et cum omnibus eorum terminis et pertinentiis. Prenominatum hospitalem cum supradictis hereditatibus damus Deo et ecclesie Sancte Marie de Benevivere et vobis domino P. eiusdem ecclesie abbati vestrisque fratribus in Xto. ita ut predictum hospitale cum suis hereditatibus liberum et quietum iure hereditario in perpetuum habeatis et possideatis. Et abducatis ad eum et levetis de eo sicut de aliis vestris hereditatibus facitis prout vobis placuerit. Si quis igitur hanc nostre spontanee et libere donationis kartam infringere temptaverit iram Dei omnipotentis habeat et regie parti M libras auri persolvat et omnia duplata restituat. Facta karta era MCCXXXII, VI idus novembris. Regnante rege Aldefonso cum sua uxore regina Alienor et cum filio suo infante Fernando in Toletto et in Castella. Martino archiepiscopo toletanam ecclesiam regente. Arderico episcopo palentinam. Petro Roderici de Guzman maiodomo curie regis. Didaco Lupi de Faro alferiz regis. Didaco Lupi maiorinus regis in Castella. Hi sunt testes huius rei. Ardericus palentinus episcopus testis. Johannes de Almazan testis. Domnus Tellus Petri testis. Domno Monio Guterris testis. Domnus Rodericus Martini testis. Domnus Paschalis Rustan testis.

Ego Petrus Guterriz et uxor mea domina Maria Boso hanc kartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus.

## 30

1194.

*Doña Guiomar da a Benevivere su heredad en Castrobol, cerca de Mayorga.*

A. H. N. *Benevivere*, 1691/17.

(Crismón). — In nomine sancte et indiuidue trinitatis, quia helemosina... animam liberat, et per eam pius et misericors dominus animas saluat, peccata condonat, dicente

(6) Publicado en «Villarramiel de Campos. Datos para su historia». Palencia, 1955, pág. 174.

eodem domino: date helemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. Idcirco ego domina guiomar considens in omnibus religiosorum, et in locis deo sanctis pro salute anime mee, et pro remedio peccatorum meorum, do uobis domno Paschali abbati de beneuiuere et fratribus eiusdem loci totam illam hereditatem quam habeo uel habere debeo in Castro uaul que iacet sub maiorica, uidelicet ecclesiam, collatios, molendinos, terras, uineas, prata, cum montibus, fontibus, pascuis, riuis, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus pertinentiis directuris suis. Istam igitur supernominatam hereditatem, do ego dompna guiomar uobis Paschali abbati de beneuiuere et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, ut eam iure hereditario in perpetuum sine ulla contradictione possideatis, et de ea tanquam de propria hereditate uestra quod uobis placuerit faciatis. Si quis hanc mee libere donationis kartam infringere temptauerit, uel contra eam uenire presumpserit, sit maledictus et excommunicatus, nisi digne penituerit, et pectet in coto M. morabetinos uobis uel uocem uestram pulsanti, dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>II<sup>a</sup>. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina domna urraka in legione. Fernandus guterriz alferiz regis. Petrus Fernandez el castellano maiordomo curie regis. Petrus fernandez de uanauidas mairinus in toto regno. Manrico episcopo, in legione.

Kartula ista fuit roborata in panticuroo, huius rei sunt testis, Infans sancius, testis. Alfons diaz, testis. Ferrandus ferrandi de formezedo, testis. Rodericus garsia, testis. Ferrandus munioni, testis.

### 31

1194. 31 de octubre.

*Diversas personas venden ciertas horas o partes del día en los molinos: "Redondillo", "Gordo" y "de Añar", en Población de Yuso, al Monasterio de Beneuivere. Todas estas escrituras están signadas el mismo día 31-X-1194.*

A. H. N. Beneuivere, 1691/15.

(Crismón). – In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego iohannes petri filius petri antonini, uendo uobis paschali abbati de beneuiuere, et conuentus eiusdem loci, unam horam in molendino de hostio et alteram in redondello, in molendinis de populatione de iuso, pro tribus morabetinos, et duobus solidos, et sum inde pacatus, de pretio et de aluaroc. Si quis igitur hanc kartam mee uenditionis, infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomus curie regis. Didacus Lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluis roderici, tenente monzon. Ego iohannes petri hanc kartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo.

(col. a) – Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis.  
(col. b) – Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis.  
(col. c) – Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis.  
Et concilium de populatione, uisores auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). – In dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego iohannes et mater mea domna eluira, uendimus uobis paschali abbati de beneuiuere et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, unam horam in molendino de hostio, in molendinis de populatione de iuso, pro uno morabetino et tribus solidos, et sumus paccati de pretio et de aluaroch. Siquis igitur hanc nostre uenditionis Kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomus curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluus roderici, tenente monzon.

Ego iohannes et mater mea domna elvira, hanc kartam quam fieri iussimus, roboramus et confirmamus.

(col. a). – Egidius, presbiter, testis. Martinus antonini, testis.  
(col. b). – Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis.  
(col. c). – Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis.  
Et concilium de populatione, uisores, auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). – In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego dominicus nicholay et uxor mea maria petri et cognatus meus martinus iohannis, uendimus uobis paschali abati de beneuiuere, et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, unam horam in molendino de hostio, in molendinis de populatione de iuso, pro uno morabetino, et dimidio, et sumus paccatus de pretio et de aluaroch. Siquis igitur hanc kartam nostre uenditionis infringere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et pectet in coto centum morabetinos dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta Era MCCXXXII pridie kalendas nouembris. Regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina alienor et cum filio suo infante fernando in toleto et castella. Didacus Lupi de faro, alferiz regis. Petro Roderici de guzman, maiordomus curie regis. Didacus lupi de Fitero, maiorinus regis in castella. Gundisaluus roderici tenente monzon. Ego Dominicus Nicholay et uxor mea maria petri et cognatus meus martinus iohannis hanc kartam quam fieri iussimus roboramus et confirmamus. Egidius presbiter testis. Martinus Antonini testis. Johannes Petri del Rio testis. Domus pelagius testis. Domno Michael testis. Domnus Rodericus testis. Et concilium de populatione uisores auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). – In nomine Patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego dominicus petri et soror mea donna toda et sobriini mei maria petri et martinus johannis uendimus uobis paschali abbati de Beneuiuere et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris duas horas in molendino gordo in

molendinis de populatione de iuso pro duobus morabetinis et sumus paccati de pretio et de aluaroc. Siquis igitur hanc nostre uenditionis kartam infringere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et pectet in coto centum morabetinos, dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta Era MCCXXXII pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor et cum filio suo infante ferdinando in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro Roderici de guzman maiordomo curie regis. Didacus lupi de Fitero maiorinus regis in castella. Gundissaluu roderici tenente monzon. Ego dominicus petri et soror mea donna toda et sobrini mei maria petri et martinus iohannis hanc kartam quam fieri iussimus roboramus et confirmamus. Egidius presbiter testis. Martinus Antonini testis. Johannes Petri del Rio testis. Domnus pelagius testis. Domnus michael testis. Domnus rodericus testis. Et concilium de populatione uisores et auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). — Sub nomine christi fiat principium scripti. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego martinus antonini et domna taresia, filia dominici ramirii, uendimus uobis paschali abbati de beneuiuere et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, duas horas minus tertiam partem in molendino gordo, in molendinis de populatione de iuso, pro viii solidos, et sumus paccati de pretio et de aluaroc. Si quis igitur hanc nostre uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de Fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluu roderici, tenente monzon. Ego martinus antonini, et donna taresia filia dominici ramirii, hanc kartam quam fieri iussimus, roboramus et confirmamus. Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, uisores, auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). — In nomine domini nostri ihesu christi amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego domnus rodericus uendo uobis paschali abbati de beneuiuere et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, medium molendinum in molendino redondello, in molendinis de populatione de iuso, pro xii morabetinos, et sum paccatus de pretio et de aluaroc. Siquis igitur hanc mee uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto, c. morabetinos. Dupplata hereditate, in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluu roderice, tenente monzon. Ego domnus rodericus, hanc kartam quam fieri iussi, propria manu robo et confirmo. Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, uisores auditores et confirmatores.

\* \* \*



(Crismón). — In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego orouida, et soror mea urraka, et sobrini mei filii de domno ramiro, garsia, et nauarra, et sol, uendimus uobis paschali abbati de beneuiuere, et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, mediam horam in molendino redondello, in molendino de populatione de iuso, pro I morabetino, et I porcum, et sumus paccati de pretio et de aluaroch. Si quis igitur hanc kartam nostre uenditionis infringere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluus roderici, tenente Monzon. Ego orouida, et soror mea urraka, et sobrini mei filii de domno ramiro garsia, et nauarra, et sol hanc kartam quam fieri iussimus, roboramus et confirmamus. Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domus rodericus, testis.

Et concilium de populatione, uisores auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). — In die nomine. Ego domna marina, et germana mea domna iusta, filie petri romani, uendimus uobis paschali abbati de beneuiuere, et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuribus, unam octauam in molendino redondello, in molendinis de populatione de iuso, pro ii<sup>os</sup>. morabetinos, et duabus porcis, et sumus paccati de pretio et de aluaroc. Si quis igitur hanc nostre uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluus roderici, tenente monzon. Ego domna marina et germana mea domna iusta, filie petri romani, hanc kartam quam fieri iussimus, roboramus et confirmamus. Egidius presbiter. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis.

Et concilium de populatione, uisores auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). — In dei nomine. Ego dominicus stephani, et iohannes stephani, filii de stephano didaci, uendimus uobis paschali abbati de beneuiuere, et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, V<sup>am</sup>. partem de molendinis de annar, minus XII<sup>a</sup> in molendinis de populatione de iuso, pro iiies. morabetinos minus quarta, et sumus paccati de pretio et de aluaroc. Si quis igitur hanc nostre uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta, pridie kalendas nouembris, ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>II<sup>a</sup>. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis. Gundissaluus roderici, tenente monzon. Ego dominicus stephani, et iohannes Stephani, filii de stephano didaci, hanc kartam quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et confirmamus. Egidius, presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del



rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). – In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Urraka filia de petro sobrino, uendo uobis paschali abbati de beneuiere et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, quintam partem de molendino de annar, minus XII<sup>a</sup>, pro tribus morabetinos, minus quartam, et sum paccata de pretio et de aluaroch. Si quis igitur hanc mee uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto c. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toledo et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluu roderici, tenente monzon.

Ego urraka filia de petro sobrino, hanc kartam quam fieri iusi, roboro et confirmo. Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). – In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego orouida et soror mea domina urraca et sobrini mei, garsia, et nauarra, et sol, filii de domno ramiro, uendimus uobis paschali, abbati de beneuiere, et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris quintam partem de molendino de annar, minus xii<sup>a</sup> in molendinis de populatione de iuso, pro IIIibus (tribus) morabetinos, minus iii<sup>a</sup>, et summus paccati de pretio et de aluaroc. Siquis igitur hanc nostre uenditionis kartam infringere temptauerit sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto, C. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor et cum filio suo infante fernando, in toledo et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis. Gundissaluu roderici, tenente Monzón. Ego orouida et soror mea domina urraka, et sobrini mei, Garsia, et Nauarra, et Sol, filii de domno ramiro, hanc kartam quam fieri iusimus, roboramus et confirmamus. Egidius prebiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). – Sub nomine christi fiat principium scripti. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Garsia galleco, uendo uobis paschali abbati de beneuiere, et fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris, in molendino de annar, XII<sup>a</sup>m. partem, in molendinis de populatione de iuso, pro uno morabetino, et dimidio, et sum paccatus de pretio et de aluaroc. Siquis igitur hanc mee uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto C. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et

cum filio suo infante fernando, in toleto et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis. Gundissaluu roderici, tenente monzon. Ego garsia galleco, hanc kartam quam fieri iussi, propria manu roboro et confirmo. Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, uisores auditores et confirmatores.

\* \* \*

(Crismón). — In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego domna iusta et filii mei, Johannes gil, Dominicus gil, domna Loba, et matheo uendimus uobis paschali abbati de beneuiuere, et fratribus eiusrem loci tam presentibus quam futuris, mediam quintam in molendino de annar, in molendinis de populatione de iuso, pro I<sup>o</sup> morabetino, et dimidio minus octauam, et sumus paccati de pretio et de aluaroch. Siquis hanc nostre uenditionis kartam infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus, et pectet in coto C. morabetinos. Dupplata hereditate in tali uel meliori loco. Facta karta, ERA M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, pridie kalendas nouembris. Regnante rege aldefonso cum uxore sua regina alienor, et cum filio suo infante fernando, in toleto, et castella. Didacus lupi de faro, alferiz regis. Petro roderici de guzman, maiordomo curie regis. Didacus lupi de fitero, maiorinus regis in castella. Gundissaluu roderici, tenente monzon. Ego domna iusta, et filii mei Johanne gil. Dominicus gil, domna Loba, et matheo, hanc kartam quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et confirmamus. Egidius presbiter, testis. Martinus antonini, testis. Johannes petri del rio, testis. Domnus pelagius, testis. Domnus michael, testis. Domnus rodericus, testis. Et concilium de populatione, uisores auditores et confirmatores.

## 32

1196. 10 de enero.

*Gutierre Munioz, con su mujer, hermanas y sobrinos dan a Beneuivere el Puente, llamado "Deus tam bene", con su hospital, etc., para que sea Abadía perpetuamente, a condición de recibir como monjes a los miembros de esta familia, aunque fuesen mujeres.*

B. N. Mss. 714. ff. 235-348.

In nomine Patris, et filii, et Spiritus Santi Amen. Quando quidem sanctum est Xenodochia construere, Monasteria edificare, operibus sanctis insistere et ab eis nunquam deficere sed de bono in melius, de die in diem proficere, et secundum scripturam ire de virtute in virtutem, ut videri posit Dus Deorum in Syon. Propterea ego Guterrius munionis, et Uxor mea Dna Xemena Gomez, et sorores meae Maior Muniz, et Maria Muniz una cum nepotibus de Monio Velazquez, et cum nepotibus de Urraca Velazquez. Damus Deo et Beatae Mariae eiusdem genetrici et ordini Beneuiverensi; Facimus quoque cartam donationis de Illo ponte qui dicitur Deus tam bene cum Ecclesia sanctae Mariae, et cum suo Hospitali, et cum omnibus pertinentiis, et directuriis suis scilicet

Villas, Ecclesias, Solares, heremos, et populosos terras cultas, et incultas, vineas, salinas, azenias paratas molendinos et azenas; prata montes, fontes, sicut praediximus cum omnibus pertinentiis, et directuriis suis. Has inquam haereditates cum omnibus pertinentiis suis damus Deo, et tibi Paschali Abbati de Benevivere, et conventui eiusdem presenti, et futuro, tali pacto, et hac conditione ut istae praedictae haereditates non sint Grangiae de Benevivere, sed sit Abbatia per se in perpetuum, et filia Monasterii de Benevivere secundum instituta beneviverensis ordinis Tali etiam conditione et pacto damus quod si Aliquis qui hanc donationem facimus vel de progenie nostra monasterium intrare voluit recipiatur in Monasterio, illo in ordine nihil ab eo querant nisi quae dare poterit. Si foemina fuerit recipiatur cum una ancilla sine ullo gravamine, et vivat cum consilio et mandato Abbatis ipsius loci. Siquis vero quod absit nos aut nostra posteritas dives vel pauper persona magna vel parva qui contra hanc chartam donationis venire presumpserit, aut inquietare volent. In primis iram Dei inveniat, et ipsa hereditas in quadruplum Reintegretur, et insuper persoluantur Vobis vel vocem vestram pulsanti millae lib Auri in cauto, ab illo. Et qui contempserit cum Datham, at Abirom a terra absorveatur et sit Maledictus, et excommunicatus et a fide catholica segregatus, et cum Juda schariot in inferno damnatus in secula seculorum amen. Facta charta in Monasterio sanctae Mariae de Benevivere, atque rovorata in capitulo eiusdem monasterii iiii idus januarii era M.CC.XXX.III. regnante rege Eldefonso in Legionem in Galletia et Asturiis. Petrus Ferdinandi Maior domus curiae regis, Laurentio Suarii signifer Regis et tenente Beneventum. Roderico Ordonio Maiore Merino Regis, Roderico Petri Tenente villam Fafilam. Petro Suarii Archiepiscopus Compostellanus. Don Lupus Conchensis Epus. Donno Malrico Legionensis epus. Johannes Gundisalvi Obetensis epus. Donno Martino Episcopus Neumantino. Ego Guterrius Muniz et Uxor mea Ximena Gomez et Sorores meae Maior Muniz, et Maria Muniz una cum nepotibus de Munio Velazquez et cum Nepotibus, de Urraca Velazquez hanc Chartam quam fieri iusimus Roboramus et confirmamus. Tali etiam pacto predictas hereditates Vobis damus ut nullus abbas qui ibi electus fuerit presumat erigere se contra abbatem de benevivere neque cum Roma neque cum Rege neque allicuius potentia hordinis, neque contra ordinem sed obediat ei secundum quod Filia Matri debet obedire, et Abbas de Benevivere non presumat gravare Abbatem de ponte supra instituta Beneviverensis ordinis. Rodericus Martini, Petrus Guterri. Petro cabeca de Varcial, Pelagio Joanni, Martinus Michael de Villalpando. Egidius Moncellos, et consilium beneventum Visores auditores et confirmatores. fernandus Martini. Facundo de Sancta Marina. Didacus Garcia. fernandus stephani. Nicholao de la Pedreira. Pedro Moro de Villela. Martinus de bonafide. fernandus Moniz de Varcial. Petro cabeca Galleco. Martinus Garsias, Michael Morion. Pelagio Andrea, Dominicus Martini de Arcos, Pedro Didaci de Burganes. Martinus Famet de Mielos. Joannes de Sancta Elena. Michael Presbiter. Manucus de Villaveca. Michael Roderici scripsit.

1199.

*El Abad Pascual instituye con las rentas de Población, cerca de Becerrilejo, una fundación en Benevivere en favor de los pobres y para el culto en memoria del Fundador Diego Martínez de Villamayor.*

A. H. N. Códice 1.281 (7).

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Paschalis abbas de Benevivere una cum conventu eiusdem loci facimus institutionem firmam et in perpetuum valituram. Statuimus itaque et firmiter virtute obedientiae mandamus ut de redditibus populationis que est prope Bezerrileio dentur annuatim priori hospitalis XXV morabetini in festo sancto pentecosten unde emantur ligna ad calefaciendos pauperes et X in festo sancti antonini de quibus emat pannos ad vestiendos pauperes in aniversario venerabilis memorie domini didaci. Similiter XV dentur sacristae ad opus luminarium ecclesie et dormitorii ex quibus luminaribus una lampas ardeat de oleo olivarum ante maius altare semper nocte dieque. In precipuis festivitatibus novem lampades ardeant in matutinis, missis et vespers. Diebus vero ferialibus et in festis IX lectionum unam lampadem supradictis horis coram unoquoque altare ardere statuimus et si quid de ipsis XV aureis superfuerit in usu altarium expendatur. Sicut igitur pauperes calefacientur igne et indumentis et ecclesia oleo illuminatur et ceris ita illius anima pro quo haec statuuntur et animae parentum ipsius atque animae fratrum et benefactorum nostrorum sancti spiritus ardore accendantur et veri luminis claritate illuminentur. Pro quo sollemne aniversario facimus tertio nonas novembris et ad emenda necessaria refectioi fratrum et pauperum X aurei dentur cellarario. Predicti vero LX aurei persolvantur a tenente iam dictam populationem. Qui nunquam eam tenere possit absque consilio prioris hospitalis. Quod si prefati aurei casu vel eventu aliquo de prefata hereditate populationis habere nequiverit statutum firmissimum tam nobis quam nostris sucesoribus adimplendum stabilimus quatenus abbas et conventus beneviverensis aliam assignent statim sine mora hereditatem unde predictae elemosinae unoquoque anno omni excusatione remota plenarie persolvantur. Si quis vero haec nostra instituta a nobis provide et utiliter sub sacramento fidei confirmata infringere vel minuere seu mutare temptaverit iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et insuper sit maledictus et excommunicatus et a Christi corpore et sanguine segragatus et ab ordine religiosorum alienatus. Ego Paschalis iam praescriptus Abbas de Benevivere et eiusdem loci conventus institutionem quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus. Iohannes prior maior confirmat. Egidius prior claustris confirmat. Iohannes prior hospitalis confirmat. Iohannes prior sancti Iacobi confirmat. Michael prior de Lacunella confirmat. Lupus prior de Pereda confirmat. Dominicus cellararius confirmat. Michael sacrista confirmat. Petrus cantor confirmat.

Simili modo ego Paschalis iam dictus abbas de benevivere et eiusdem loci conventus institutionem facimus et in perpetuum valituram stabilimus et confirmamus ut uno-

(7) No consta la fecha del documento. Pero teniendo en cuenta la concurrencia de Abad, Prior mayor, Prior del claustro, Prior del Hospital, Prior de Santiago de la Tola, Prior de Lagunilla, en Villarramiel, Prior de Pereda, Cillero, sacristán, etc., en las personas que se citan, se llega a la conclusión que este documento tiene que ser anterior al 1202 y muy próximo al año final del siglo XI.

quoque anno dentur priori hospitalis XII aurei de illa hereditate quam habemus in villa comitis unde ematur vinum ad opus pauperum. Hoc itaque agimus et agentes statuimus pro helemosinis quas nobis Fernandus Guterri et dominus ferrarius dederunt. Si quis igitur hoc nostrum factum provide et secundum Deum stabilitum infringere temptaverit sit maledictus et excommunicatus et cum iuda traditore domini in inferno dampnatus.

### 34

1202.

*El Maestro Miguel dona heredades en Villacuende y Villamoronta al Abad Pedro, a cuenta de una pensión vitalicia para él y su sobrino.*

A. H. N. Cod. 1.281. Fol. 3.

### 35

1202.

*Rodrigo Martínez, hermano del Fundador, con sus hijos, da a Benevivere la parte que tenía en la iglesia de San Martín de Valdesalce.*

1.691/18.

### 36

1203.

*Pesquisa hecha por Don Pelayo, Abad de Sabagún, ante el Rey Alfonso VIII, en el claustro de San Zoil de Carrión de los Condes, sobre el uso del agua del río.*

1.691/19.

### 37

1204.

*García Petriz de Villotilla y su mujer, doña María, dan al Abad, don Pedro, toda la heredad de Bustocirio.*

1.691/20.



1205.

*García Petriz de Villotilla y su mujer, doña María, donan a Benevívere su heredad de Bustocirio, comprada a su sobrina, doña Vilasquita.*

1.691/21.

1205.

*Don Sebastián y su esposa, doña Mayor, venden a Rodrigo Martínez una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

1205.

*Martín, hijo de Domingo Pelayo, vende a Rodrigo Martínez, una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

1205.

*Gonzalo y María Juanes y Velasquita, venden a Rodrigo Martínez un prado y una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

1205.

*Estefanía y su hijo Juan, venden a Rodrigo Martínez una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

**43**

1205.

*Jacobo y Cristóbal y su mujer Bibiana, y Martín Juanes y su mujer Sancha, venden a Rodrigo Martínez una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

**44**

1205.

*Gonzalo y su esposa Mayor, venden a Rodrigo Martínez una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

**45**

1206-1211.

*El Abad Juan arrienda a Pedro López y a Pedro Díaz, la heredad y los molinos de Quintanilla, cerca de Mayorga.*

1.690/8.

**46**

1206.

*Domingo y su mujer, Juliana, venden a Rodrigo Martínez una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

**47**

1206.

*Falcón y su esposa, María Miguélez, venden a Rodrigo Martínez una tierra en Villaturde.*

1.692/1.

**48**

1206.

*Miguel Domínguez y María Pérez, su esposa, venden a Rodrigo Martínez tres tierras en Villaturde.*

1.692/1.

## 49

1206.

*Martín Martínez vende a Rodrigo Martínez tres tierras en Villaturde.*

1.692/1.

## 50

1206.

*Juan Fernández perdona la deuda de 500 maravedís, que prestó al Abad Pascual.*

A. H. N. Cod. 1.281 fol. 4 y sgs.

## 51

1210.

*El Abad Juan cambia una viña con don García de Villarramiel.*

1.692/2

## 52

1.211.

15 de mayo.

*Don Alfonso Peláez y su mujer, doña Elvira Fernández, venden a Dominga, mujer de Pelegrino de Carrión, su heredad en Fuente Munio y en Lomas.*

1.692/3.

## 53

1211.

*Fernando Sánchez, instituye una capellanía en Benevívere, siendo Abad, Juan.*

A. H. N. Cod. 1.281 fol. 4 y sgs.

## 54

1.212.

Agosto.

*Doña Marquesa de Mayorga, con sus hijas, y Lope Petri, venden a Fray Simón de Benevívere una tierra en Mayorga, en el pago de Quintanilla.*

1.692/4.

1.212.

